



۳۹

۴۰

۴۱

۴۲

۴۳

۴۴

۴۵

۴۶



BIBLIOTECA


DE LA

Universidad de Salamanca.

Sala      Est.      Tab.      Núm.

34941





19

34941

num. 31. cap. 7. num. 50.

b16729316

•O'Connor. C. 15. 1888

ARTIS RHETORICÆ  
COMPENDIOSA COAP-  
tatio ex Aristotele, Cice-  
rone & Quintiliano.

AELIO ANTONIO NEBRISSENSE  
*Chronographo Regio Concinnatore.*

NVNC DENVO PER EIVS NEPOTEM TYPIS  
vulgata, & a Ioanne Lopea Serrano typicæ officinæ castigatoræ  
hac secunda editione diligenter recognita, & a multis mea-  
dis, quibus prima editio seatebat vindicata.

(\*)




3

CVM PRIVILEGIO. GRANATAE.  
ANNO. M.D.LXXXIII.

Coll Soc. Iusv Salm. ex dono Regum


E.P.



# ADILLVSTRISSIMVM AC

Reuerendissimum. D.D. Ioannē Méndez de Saluatierra aliae Eca  
clesiae Granatensis Archiepiscopum dignissimum, Regiūq; Consie  
liarium, & literarum Mæcenatem amplissimum Antonij Ne  
brissensis Xanti filij Magistri Antonij nepotis in au  
sui Artem Rheticam nunc de  
novo excussam.  
(?)

## PRAEFATIO.



MPLITVDO N OMNI S T VI  
præsul maxime. S. E. princeps, & istius  
sedis excelsa dignitas (in qua semper ve  
rus honor, & splendor virtutis enituit)  
meumq; de singulari tua humanitate iudi  
cium facit: ut magni mea intercessse puta  
rim, quam Artem Rheticam avus meus  
olim illustrissimo. ac Reuerendissimo. D.

D. fratri Francisco Ximenez. S.R.E. Cardinali Hispaniensi Me  
cenati suo prima editione nuncupauerat: eandem tuæ Dignationi  
Illustrissimæ, post tāti patroni obitum hac secunda nunc denuo cōse  
crare. Quā enim anno à Christo nato. I 5 2 9. Hic libellus in vul  
gus ederetur: & ex eo tempore, quō est excussus, vel prop  
ter summā hæredū incuriam, vel propter nimios sumptus: qui quis  
dem (comparatis omnibus rebus, quae ad imprimendum pertinent)  
innumerabiles pene sūt, typis, vt alia multa opera, quæ avus meus  
scripta reliquit, nunquam fuerit vulgatus: in opinato tandem vetus  
simum quoddam exemplar Burgis allatum, & in cœnobij diu Aus

## PRAEFATIO.

gustini antiquissima bibliotheca nuper repertū ad manus meas  
peruenit. Quod, quū frōte placida à me fuisset acceptum: statim  
adī ad literatissimos viros, & huius nostrae tempestatis doctrina  
toto orbe terrarum clarissimos (quibus ego rōtor valde familiaris  
ter) D. Ildefonsum Bilches Pacheco Ecclesiae Granatensis Can-  
torē, Doctorē Theologum præstantissimum: & Doctorem eges-  
gium Petrum de Piña Fustero multis animi dotibus præditum, &  
liberalium disciplinarum peritiſſimum. Qui quidem, præter  
eas facultates, quibus sunt insigniti, politioribus delectatur studijs,  
literasq; humaniores amplectuntur, & eloquentia præter ceteros  
pollent. Eos itaq; de huius Artis Rheticæ editione consolui: qui  
postquam eam summis laudibus satis celebrassent, magnā in me cul-  
pā contulerunt, & de negligentia accusarunt. Quo nomine, quum  
libellum meum (meum enim iure appello, ut quem hæreditarium ha-  
bēa ornamentum) perpetuis multorum annorum tenebris quasi no-  
ste quadā obscuratum prorsus atq; extinctum viderē: statim, ne la-  
teret obrutus vetustate, praelo submittendū curauit: ut & bonarū li-  
terarū studiosis gratū facerē, & ut haberet nostra etas, atq; adeo  
posteritas ipsa idem in Hispaniā benevolentiae meæ testimoniu, quod  
auius meus semper præbuit. Mito igitur eum ad te princeps illus-  
trissime, (quando ita ratio postulat) summa cum vigilantia Ioan-  
nis Lopez Serrano typicæ officinæ castigatoris exactissimi corre-  
ctum, & à mendis quam plurimis, quibus antea Operarum incuria  
secebat, & erat deformatus nunc sua correctione vindicatum, &  
orthographiac lepore perpolitum. Nam quū de literis ita bene meo  
ritus sis, ut nemo ferē huius etatis melius, & in florentissima Com-  
plutensi Academia iam per annos multos alios publicè docueris po-  
steritati & gloriæ inseruiens, semperq; literarū patronus persiste-  
ris: cum, qui in clientelam fidem q; tuam se confert, suscipere, &  
huic

# PRAEFATIO.

huic in nobili ista tua bibliotheca, quam omni librorum egregiorū  
 copia refertissimam instruis, & tāq;ām Musarum & Apollinis  
 ædes construis, locum vllum (certò scio) assignare non granabes  
 ris. Qui suscepto Academie nostræ Granatenſis patrocinio, nihil  
 prætermittis, quod ad eam ornandam augendam q; pertineat. Qui  
 iudicio es præditus acerimo in cestimandis hominum ingenij ac  
 moribus: & quæ pro cuiusq; meritis præmia debentur, ea libentissi-  
 simè ac liberalissimè per soluis. In quo nemo est, qui & tuam animi  
 singularem æquitatem & moderationem non admiretur ac lau-  
 det. Ipse autem, qui antea fueras, idem omnibus es. Nemo excludis  
 tur sermone tuo, nemo congressu, tui omnibus copiam facis, eandē  
 omnibus humanitatem ostendis. Qui miseros & cogenos eleemosy-  
 na singulis diebus subleuas. Qui studiosis adolescentibus beneficen-  
 tiā præstas. Quorum ex ingenij nō dubito quin quotidie aliquid  
 efflorescere tuo beneficio videas. Sed quid tecum loquor, ne serui-  
 re tuis auribus, & ne in adulatoriis notam (id quod est à me maxis-  
 mè alienum) videar incidere, nolo multus esse. Iam igitur multorum  
 iuuenum precibus nullam proclaimantium huius facultatis extare  
 artem satisfacimus. Pateant Granatenſis Academie fores post  
 hac: minime hanc facultatē discere cupientibus occludantur. Quā  
 do, quæ breuem & quasi compendiariam dicēdi viam tradat, Rhe-  
 toricam habent Artem. A me verò munusculū hoc habebis. exigū,  
 inquiet, fateor, sed velim spectes animum, non rem. Et librum hunc  
 tuo nomini dicatum non iam meum, sed tuum putas esse, & ab ob-  
 trectatorum, quos multo plures quam ludiatores nostrum sœcu-  
 lum tulit, defendere & velis & vindicare, vt luce, qua diu caruit, per-  
 fruatur. Huius autem beneficij memoria meo animo illucescat ma-  
 gis & vigebit: atq; ita in Nebrisensi familiâ semper honoris, nomē

¶ tuum laudes ¶ manebunt. Deus Opt. Max. Dignitatem istam  
tuam perenni felicitate secundet. Granatæ Calen.

Septemb. Anno. 1583.

(?)

Amplitudine.


[Obsequentiſimus, atq; in perpetuum.  
deuinctiſimus.

Ant. N. Xanti. F. Antonij. N.

# AD ANTONIVM NEBRIS.

sensem doctissimi Aelij Antonij Nebris senis Latialis linguae  
in Hispaniam recuperatoris clarissimi nepotem felis-  
cem. Augustini de Vergara Barahona sacros  
rum Canonum, Sanctarumq; legum  
studiosi digna con-  
gratulatio.

(?)



ON gratulor tibi , non  
gratulor vir ornatissime  
labores hos , & vigilias,  
quas, præter magnos su-  
ptus, in aui tui, & nostri  
parentis edendis operibus labentis æta-  
tis, nedicam negligentiae iniuria obfo-  
lescentibus contulisti . Quippe Hispa-  
næ Reipub. communis est hæc lætitia,  
communis gloria , & cōmunis vtilitas.  
In quo confirmádo, cū tā omnibus cōf-  
tet, nihil argumēta vibrás immorabor.

Quod omnes sentiunt, ipse nūc prædi-  
co: quod omnes dicitant scribo, & pro-  
gaudij mei exuberantia (potissimū in  
Eloquentiæ tractatu) ergate, & Anto-  
niū decus Hispaniæ amicū pectus ostē-  
do. Et hoc cō magis, quod ad id conse-  
quēdū, vt inquā, ē obliuionis caligine  
elaboratos codices inclitatatem dedu-  
cas ad illustrioris nominis propaginē,  
& posteram celebrationē. D.D. Ioannē  
Médez à Saluaterra Granatēsem Antif-  
titē Illustrissimū (in quo literarū vber-  
tas, virtutū summarum ornamētum, &  
christi pauperes amplectētis clucet exē-  
plar) elegisti patronū. Nil sane omniū  
iudicio feceris prudentius, aut consul-  
tius destinaris. Oratoriæ enim faculta-  
tis breuē, & elegantē methodū Anto-  
nianam concionatori facūdissimo euā  
gelici sermonis lenocinio fulgurāti (cu-  
ius

ius doctrinæ præstantis nobilitate Cō  
plutenses Gymnasiorum parietes fau-  
tissimè personarunt) in secunda pro-  
mulgatione consecrasti. Quem nō mo-  
do huius muneris integritati facturum  
satis arbitreris, sed & cumulatissimis sui  
splendoris beneficijs nostra vota locu-  
pletaturū cōfidas. Et profecto hoc tua  
iam virtus meretur, cura, diligētia, ani-  
mi solertia, & amplitudo. Dignus es ut  
ameris, & paré, mea sentia, cū auo tuo  
peritissimo consequutus es laudē: qui  
labores suos labore seruasti, & tradita  
monumētis dogmata probatissima tu-  
tatus, ædificij Mineruæ columnas tuis  
humeris cōtra quorūdam nouis rebus  
(nescio qua animi pietate, erudiendæ  
iuentutis prætextu) studentium vires  
reluctatus, voti cōpos euadēs sustētasti.  
Prodeant Antoni decoratissime, pro-

¶¶ s deāt

deant sine calumniantium liuore paré-  
tis nostri Antonij, & apud nationes ex-  
teras viri absolutilsimi omnia volumi-  
na, extent, viuát, maneant. Abeant ob-  
trectatores, qui virum tantum tenebri-  
cosis suis scholijs vulgi stimationem af-  
fectantes conantur obscurare. Tu ve-  
rò, quam adhuc habuisti de omnibus  
curam, habe: cæpta prosequere: prælo,  
& excusoribus sedulam operam impé-  
de: innitere gnauiter ne aliquod è tan-  
tis pereat voluminibus, aut intermo-  
riatur opusculum. Quæ, vt floridius, &  
honestatius increscant, ac vires adau-  
geant suas, illamq; propriā, & origina-  
riā Aelij Nebrissensis referant máum,  
virum habent castigatorem, seu correc-  
torē (quē tu è paucis delegisti) Sacerdo-  
té integerrimū, honestis sane moribus  
emicantē Romana phrasī viuam Cice-  
ronis

ronis imaginem, non umbram aſſequē  
ti prætantissimum Ioannem Lopez  
Serrano: Qui cum tanta ſit (& hoc non  
meo, ſed co muni iudicio) humarum li-  
terarum eruditio ne refertus, atque alijs  
naturæ dotibus, & ornamentiſ inſtru-  
ctus, neminem præſe contemnit, om-  
nes literatoꝝ existimiat, quoſuis conſu-  
lit, non intumefcit. Hic Serrano politiſ  
ſima lima, ſi aliqua in vulgus adultera-  
ta à noſtro parente Antonio de gene-  
rātia emanarunt, in pristinum ſtatum  
reſtituet, ad exaëtam interpretationē  
rediget, & ad ſuum cādorem quam op-  
time reuocabit. En editum de bene di-  
cendi arte opusculū, quod ego (vt intra  
certos limites Aristotelé, Ciceroné, Fa-  
uiū valeā continere) memoriae tenaci-  
ter cōmendo: & adolescētes mandadū  
exhortor: ſi valet cuiq; dū digna eſt ex  
horta

hortatio. Ut omnes intelligāt, nō tātū  
Grāmaticā, verū & Rhetoricam facultā-  
tū omniū ornatricē (ad gloriā Hispanā)  
ē Nebrisſensi fonte posse hauriri. Ne,  
quæ ille tam emuncte cōcinnauit, clau-  
ſulas, ncedum ſapientum libros pertina-  
ci labore rimatus, nostro cum dedeco-  
re aliunde petantur.

Eia igitur Granatensis iuuentus Rhe-  
toricæ artem Antonianam frequenter  
verſate. Et ne à felici ſtudio vos fastidiū  
deterreat, breuis eſt, & luxuriantes plus  
equo ramos deamputauit. Elegans eſt,  
nam ē priscis ætatibus, & nouissimis cū  
delectu prætantiora coniunxit. Necel-  
faria eſt, quippe nunquam ita, vt nunc  
humanæ aures dulci loquentia demul-  
ceri poſtularunt. Eloquētia indigemus  
omnes. Theologus, vt ad Christianæ ve-  
ritatis fidem in virtute languentes ho-  
mines

mines alliciat. Iuris consultus, ut sancta  
rum legum substantiam (quæ miris est  
Eloquentiæ coloribus conspersa) suaui-  
ter exponat. Medicus, ut dum curandis  
corporibus incubit (opus quidem egre-  
gium) etiam & animi ægritudinem di-  
cendi suavitatem, & gestus moderatione  
repellat: Quid dicam de viro aulico, &  
urbano? Quem nisi huius disciplinæ or-  
namēta honestarint, rationis, & totius  
comitatis expertem iudicabis. Simile  
namq; ministerium, Antoni Illustris,  
eo animos audientiū inuitauit, ut quos  
ingenij feliciter leuat acumen, hebesce-  
tium miserè non disiijciat inuidia: &  
quos doctorum perpoluit industria,  
stultorum non in honestet ignorantia:  
ac quos maiorum incendit gloria, viue-  
tium non remittat inertia. Sed solenni-  
hoc munus celebrantium spectaculo,

mani-

manibusq; plaudentium, insigni magnatum corona suis votis forentium,  
graui literatorū cætu celebri doctrina  
approbantium Rhetores, & Oratores  
ornetur. Ut maiori aucti gloria facul-  
tatum amatores resplendeant, &  
discendi studio flagrantes  
ad Eloquentiam cumu-  
latius incitetur.

Finis.

¶ Con licencia del illustre Señor Licenciado Antonio Bars  
ba Provisor en este Arçobispado de  
GRANADA.

(?)

**L**vdouici Sanchez vtriusq; iuris stu-  
diosissimi scholastici carmen in Ar-  
tis Rheticæ Aclij Antonij cō-  
mendationem.

**S**i quis viuēdi disertum quæritat iter:  
Perlegat istud opus, viuat & absq;  
(metu.  
Hac in clara domo Polyhymnia namq;  
(arat illa,  
Diligit & soliū, quod fecit Antonius  
Huc Medicus veniat , Consultus iuris,  
(& ille,  
De cuius ote Deus nō cadit vna sal,  
Sume ie materiam q; coloris , temporis  
(vſus,  
Soluere q; Antonio præmia tām me  
(rita.

# Anacephalæosis operis.

(?)

P <small>ræparatio</small>	operis Caput. I.	De V <small>erbi</small> argumentorum. Cap.
	fol. 9.	18. fol. 35.
An Rhetorica sit ars & quid est.	Cap. 2. fol. 9.	De Confutatione. Cap. 19. fol.
		36.
De Artifice. Cap. 3. fol. 10.		De Peroratione. Cap. 20. fol.
De Materia. Cap. 4. fol. 11.		39.
De Instrumentis. Cap. 5. fol. 13.		De Caussis in genere. Cap. 21.
De Fine. Cap. 6. fol. 14.		fol. 41.
De partibus Rhetorice. Cap. 7.	fol. 15:	De genere Demonstratio.
		Cap. 22. fol. 43.
De Inventione. Cap. 8. fol. 16.		De genere Deliberatio. Cap.
De Diuisione caussarum. ibidem.		23. fol. 46.
De Statu Caussarū. Cap. 9. fol. 18.		De genere Iudicali. Cap. 24.
De triplici statu caussarū. Cap. 10.	fol. 19.	fol. 50.
		De Dispositione. Cap. 25. fol.
De Ratione, Iudicatione. Cap. II.	fol. 20.	51.
		De Eloquence. Cap. 26. foli.
De sex Orationis partibus. Cap.		55.
	12. fol. 22.	De Memoria. Cap. 27. foli.
De Exordio. Cap. 13. fol. 24.		59.
De Narratione. Cap. 14. fol. 27.		De Pronuntiatione. Cap. 28.
De Partitione. Cap. 15. fol. 30.		fol. 67.
De Confirmatione. Cap. 16. fo. 31.		
De Syllogismo. Cap. 17. fol. 33.		¶ Finis.

# QVINQVE

## RES IN QVALIBET AR-


### te esse necessarias.

(?)

### CAPVT PRIMVM

**V**OD in cæteris artibus (quarū finis est aliquod opus) usq; euenit: vt quinq; propemodū res sint necessariæ, ars, artifex, materia, instrumēta, finis: id quoq; in arte dicendi maiorem in modum exigē debet. Ars est, per quā artifex operatur. Artifex est, qui per artem operatur. Materia est, circa quā ars versatur & artifex. Instrumenta sunt, quibus opus ex materia perficitur. Finis est opus ipsum ab arte & artifice profectum. Esto exempli causa. ars cælandi est, per quam cælator cælat. Aurum, argentum, æs sunt materia, circa quam cælator & ars cælandi versan tur. Cælum, Lima, Scobina, sunt instrumenta: quibus artifex in cōformanda materia vti-

A tur.



DE QVINQVE REBUS NECES.

tur. **V**as cælatum, siue signum est finis in arte cælandi. Sed quia, ut Aristoteles ait, duo sunt genera finium: alterum opus, alterum operatio: & in cælatura quoq; duplex potest esse finis: aut ipsum opus cælatum, aut dene cælare. Pari modo in arte dicendi opus est in primis artificio, per quod artifex operetur: ea est Rhetorice, quæ Latinè Oratoria dici potest. Opus est etiam artifice, qui per artem operatur: is est Rhetor, qui Latinè Orator. Opus quoq; est subiecta materia, circa quam Rhetor & Rhetorica versentur: ea propriè est in triplici genere caussarum: Demōstratiuo, De liberatiuo, iudiciali. Opus est præterea instrumentis, quibus operetur, ingenio videlicet, multimoda eruditione, animi præstantia, voce, latere, decore. Ad hæc opus est omnia superiora ad certum finem dirigere: est Oratio aptè composita, siue benedicere ad persuadendum.

AN RHETORICE SIT ARS, ET  
quid sit. Caput. II.

**D**Vbitabit verò quispiā sit ne ars benedicendi. Nā quū indocti & barbari & servi

ui prosequuntur aliquid dicūt simile principio,  
narrant, probant, confutant, & quod viu habeat Perorationis, deprecatur. Ante Tisiam,  
præterea & Coracem, primos artis inuentores,  
multi fuere diserti, qui (sola Natura duce) perorarunt causas. Sed quod sit ars; con-  
firmatur maximorum virorū autotitate, qui  
libros de arte Rhetorica inscripserunt: esset  
q̄d indignum, si quū aliarum rerum, quæ sunt  
minus dignæ, sint artes ab hominibus excogi-  
tatae: Rhetoricen maximum atq; pulcerri-  
mum opus in tam sublime fastigium putemus  
sine arte peruenisse. Erit igitur non solum  
ars: sed, quemadmodum apud Platonem. Po-  
lus interroganti Cherophonti respondit, om-  
nium artium pulcerrima. Rhetorica verò  
ab Isocrate, Gorgia, Theodecte, & aliisqué  
compluribus, vis facultasq; persuadendi de-  
finitur. Sed & pecunia interdum persuadet,  
& gratia, & autoritas, & dignitas, & aspectus  
ipse sine voce. Persuadent etiam verbis ine-  
retrices, adulatores, mendici. Atq; ediuerso  
non semper Orator persuadet. Apollodorus  
Oratore Fortunæ subiicit: ut si nō persuaserit,

## DE ARTIFICE.

non sit Orator. Aristoteles ab eventu exclu-  
dit quem dicit, Rhetoricen esse vim inueniē-  
di omnia in Oratione persuasibilia. Celsus,  
Rhetoricen nō de veris, sed de similibus veri,  
esse putat. Non enim, ait, bona conscientia,  
sed victoria litigantis est præmium. Quod si  
verum esset: Rhetorica pessimo cuiq; arma  
daret ad nocēdūm. Sit igitur Rhetorices vera  
diffinitio, ars bene dicendi. Nam & Oratoris  
omnes partes complectitur & mores: quū be-  
ne dicere non possit, nisi bonus. In idem re-  
dicit Chrysippi sententia quum dicit esse sciē-  
entiam rectē dicendi.

## DE ARTIFICE.

### Caput. III.

**S**i igitur Oratoria est ars rectē dicen-  
di, erit cere Orator (quemadmodum  
à M. Catone definitur) vir bonus di-  
cēdi peritus. Verum id, quod ille posuit prius,  
& ipsa natura potius ac maius est: utiq; vir bo-  
nus. Quod si vis illa dicendi mialitiam instru-  
xerit: nihil sit publicis priuatissq; rebus perni-  
ciosius

ciosius eloquentia. Ipsa quoq; rerum Natura, in quo precipue indulsiſſe homini videretur: quo q; nos à cæteris animalibus separasse (nō parens sed nouerca fuerit) si facultatem dicēdi sociam scelerū, aduersam innocētiæ, hostem Veritatis inuenit? Mutos enim nasci, & egere omni ratione satius fuesset: quām prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc meum iudicium: nec enim hæc dico, eum, qui sit Orator virum bonum esse oportere: sed nec futurum quidem Oratorem, nisi virum bonum. Nam certe neq; intelligentiam concesseris, iis, qui proposita honestorum ac turpium via, peiorem sequi malūt, neq; prudentiam: quum grauiſſimas frequenter legum, semper verò malæ cōſcientiæ pœnas à ſemetiſſis, in prouido rerum exitu, induātur. Quodſi neminé malum esse niſi ſtultum eundem, non modò à ſapientibus dicitur, ſed vulgo quoq; ſemper eſt creditum: certe non fiet vñquam ſtultus Orator. Adde quod nec ſtudio qui dem operis pulcerrimi vacare mēs, niſi vitiis libera, potest. Primumquod in codem pecto re nul-

## DE ARTIFICE.

Ium est honestorum turpiumq; cōsortium, & cogitare optimasimul & deterrima non magis est vnius animi, quam eiusdem hominis bonum esse & malum. Deinde quod mente tantæ rei intentam, vacare omnibus aliis, etiā culpa carētibus, curis eōportet. Præterea omnino Orator id agit: ut auditori, quæ proposita fuetint, vera & honesta videantur. Verum igitur facilius hoc bonus vir persuadebit, an malus? Bonus quidem & dicit s̄epius vera atq; honesta: sed etiam si quando aliquo ducatur officio, falsò hæc affirmate conabitur, maiore cum fide necesse est audiatur. At malis omnibus, ex conceptu opinionis & ignorantia recti, uonnum quam excidit ipsa simulatio, frequenterq; accidit: ut, his etiam vera dicentibus, fides non adhibeatur.

## DE MATERIA RHETORICES.

Caput. IIII.

**M**A T E R I A Rhetorices (ut plures maximiq; huius artis autores tradiderunt) est omnis res, quæcunq; addicendum subiecta

iecta erit, Nam & Socrates, apud Platonem, dicere Gorgiæ videtur nō in verbis esse materiam, sed in rebus. Et in Phædro palam, nō in iudiciis modò & in concionibus: sed etiam in rebus priuatis ac domesticis Rhetoricen esse demonstrat. Et Cicero, quodam in loco, materiā Rhetorices vocat res, quæ subiectæ sunt ei: sed certas demū putat esse subiectas. Alibi verò de omnibus rebus Oratori dicēdū arbitratur his quidem verbis. Quanquam vis Oratoris professioq; ipsa bene dicēdi hoc suscipere ac polliceri videtur: ut omni de re quæ cūq; proposita sit, ornatè ab eo copioseq; dicatur. Atq; adhuc alibi. Enim verò Oratori, quæ sunt in hominis vita (quādo quidē in ea versatur Orator: atq; ea est illi subiecta materies) omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Dicet verò quispiā: omniū igitur artiū peritus erit Orator? si de omnibus ei dicēdū est. Possem hic Ciceronis respōdere verbis: mea, inquit sentētia nemo esse poterit omni laude cumulatus Orator: nisi erit ūniū rerū magnarū, atq; artiū sciētiam consecutus. Sed mihi satis est, eius esse

## DE MATERIA RHETORI.

Oratorem rei, de qua dicit, non insciūm. Nēq; enim omnes cauſas nouit, & debet posſe de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? De quibus didicit. Similiter de artibus quoq; , de quibus dicendū erit, interim disceſt: & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo? non faber aut de fabrica melius , aut de musica musicus? Si nesciat Orator quid sit de quo queratur, plānè melius. Nam & litigatoſ rusticus, illiteratusq; de cauſa sua, melius quam Orator , qui nesciet quid in lite sit: ſed accepta à musicō, à fabro ſicut à litigatore, melius Orator, quām ipſe qui docuerit. Verum & faber quum de fabrica, & musicus quum de musica, ſi quid confirmatione deſiderauerit, dicet, non erit qui-dem Orator: ſed faciet illud quaſi Orator. Sicut quum vulnus imperitus deligauit, nō erit medicus , ſed faciet ut medicus. Gorgias qui-dem adeo Rhetori de omnibus putauit eſſe dicendū: vt ſe in auditoriis pateretur interro-gari, quade te vellet. Hermagoras quoq; , di-cendo, materiam eſſe in cauſa & in quæſtio-nibus, omnes res ſubiectas erat complexus. Sed quæſtiones ſi neget ad Rhetoricē perti-nere:

nere: dissentit à nobis. Si autem ad Rhetoricae pertinent, ab hoc quoq; adiuuamur: nihil estenim, quod non in caussam aut quæstiones cadat. Aristoteles tres faciendo partes Orationis, Iudiciale, Demonstratiuam, De liberatiuam: penè & ipse Oratoris subiecit omnia: nihil enim nō in hæc cadit. Nos verò dicamus materiam Rhetorices propriam tria esse genera illa caussarum: quæ primus omniū Aristoteles posuit: sicut Cælaturæ, Argentū. Aurum, & Electrum: versari tamèn aliquando circa materiam, quæ sit aliarum artiū propria: quemadmodum Aeris & Ferri, qua quidem vtuntur ærarius faber atq; ferrarius.

DE INSTRUMENTIS RHE  
toricæ. Caput. V.

**I**NSTRUMENTA præterea sunt necessaria: sine quibus formari materia in id, quod velimus effici opus, non potest. Sed illa non tam ad artem, quam ad artificem pertinent. Neq; enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consumata: etiam si ni-

A s hil

## DE INSTRUMENTIS RHETORICAE.

hil faciat. Sed illis opifex indiget, quemadmo-  
dum cælator cælo: & penicillo pictor. Sunt in-  
strumenta partim diligētia nostra cōparata:  
partim naturalia, quanquā vtraq; inchoantur  
à Natura: perficiūtur autē vſu & cōsuetudine.  
Itaq; cognitio rerū naturaliū, atq; earū rerū,  
quæ hominis, quæ homo est propriæ sunt. Pe-  
ritia quoq; iurisciūlis atq; historiarū, instru-  
menta Oratoris possunt appellari. Hæc arma  
habere ad manū: horū scientia debet esse suc-  
cinctus, accedēte verborū figurarūq; facili co-  
pia: & inuētionis rōne: & disponēdi vſu: & me-  
moriæ firmitate: & actionis gratia. Sed pluri-  
mū ex his valet animi præstātia: quā nec me-  
tus frāgat, nec acclamatio terreat: nec audiē-  
tiū autoritas vltra debitā reuerētiā tardet. Nā  
vt abomināda sunt cōtraria his vitia cōfiden-  
tiæ, temeritatis, improbitatis, arrogatiæ: ita ci-  
tra cōstantiā, fiduciā, fortitudinē, nihil studiū,  
nihil profectus ipse profuerit: vt si des arma ti-  
midis & imbellibus. Verecūdia quidem vitiū,  
sed amabile, quæ virtutes facillimè generet:  
dicimus esse interim aduersā, multisq; in caus-  
sam fuisse, vt bona ingenii studii q̄s in lucē nō  
prola-

prolata situ quodam secreti consumerentur. Sciat autē, si quis hæc fortè, minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusq; verbi, leget, nō probitatē à me re prehendit: sed verecundiā, quæ est timor quidam reducēs animū abiis, quæ facienda sunt, inde cōfusio, & cœpti pœnitentia, & subitū silentiū. Quis porrò dubitet vitiis ascribere affectum, propter quem facere honesta pudetur? Neq; ego rursus nolo eū, qui sit dicturus solicitum surgere, & colorem mutare, & periculum intelligere: quæ si nō acciderent, etiam simulanda erant. Sed intellectus hic sit operis, non metus, moueamurq; nō concidamus. Optima autē est emendatio verecūdīæ, fiducia, etiā quamlibet imbecilla frons, magna consciētia sustinetur. Sunt & naturalia, quæ tamēn & cura iuuātur, instrumēta, vox, latus, decor, quæ quidem tantū valēt: ut frequenter famam ingenij faciant.

## DE RHETORICES FINE.

Caput. VI.

**Q**UEM A D M O D Y M iam inde ab initio dictum est, duplex est finis Rhetori-

## DE RHETORICES FINE.

toricæ , opus ad quod omnia artis præcepta  
diriguntur: idq; est Oratio, ad id quod dicen-  
dum est, aptè composita: vel potius aptè dice-  
re ad persuadendum etiam si nō persuadeat.  
Nā sicut in Rhetorices definitione diximus:  
multa alia sunt, quæ persuadent: & tamè ad  
Rheticam non pertinent. Isocrates Rheto-  
ricē vim persuadendi opificem esse dicit. Cui  
astipulatur Gorgias in Platonis dialogo: Gor-  
giæ ipsius nomine de Rheticâ inscriptus  
est: sed tandem à Socrate coactus, vim dicen-  
do persuadendi, finem Rhetorices esse confi-  
tetur. A quo non dissentit Theodectes , siue  
ipsius id opus est , quod de Rheticæ nomi-  
ne eius inscribitur, siue, ut creditū est, Aristoteli-  
cis, in quo est scriptum, finem esse Rheticæ  
ducere homines dicēdo in id, quod Ora-  
tor velit. Cicero in hac parte sibi non satis cō-  
stat: nam pluribus in locis scripsit, Oratoris of-  
ficiū esse dicere appositiè ad persuadendū.  
In Rheticis etiam, quos sine dubio ipse nō  
probat, finem facit persuadere. Quod si verū  
est, præstabit hunc semper Orator , semper  
enim benè dicet. Firmum authoē , quod op-  
poni-

ponitur aduersus eos, sit fortasse, qui persuadere finem putauerunt. Noster Orator, arsq; à nobis finita non est posita in euentu: tendit quidē ad victoriam, qui dicit: sed quum bene dixit, etiam si non vincat, id quod arte continetur, efficit. Nam & gubernator vult, salua naue, in portum peruenire. Si tamēn tempestate fuerit abreptus: non ideo minus erit gubernator, dicetq; notum illud: dum clauū rectum teneam. Et medicus sanitateni ægri petit, si tamēn valetudinis vi, aut intemperantia ægri, alio vè quo casu summam non contingit: dum ipse omnia secundum rationem fece rit, medicinæ fine non excidet. Ita Oratori bene dixisse finis est: nam est ars ea in actu posita, non in effectu. Quæ igitur de arte, artifice, materia, instrumentis, & fine Rhetorices in genere dicensa fuerunt: breuiter perstrinximus. Nunc partes illius prosequemur.

DE QVINQVE ARTIS RHETORI,  
cæ partibus. Caput. VII.

**Q**VINQ; Rhetoricæ partes oportet esse in Oratore. Inventionem, Dispositio nem.

DE QVINQVE ART. RHETO. PART.

nem. Elocutionem. Memoriam. Pronuntiationem. Inuentio est rerum verarum, aut verisimilium excogitatio: quæ caussam reddant probabilem. Dispositio est ordo & distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibusq; locis sit collectandum. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio, Memoria est firma animi rerum & verborū dispositionis perceptio. Pronuntiatio est vocis, vultus, & gestus moderatio cum venustate. His quinq; partibus (vt plurimi maximique autores tradiderunt) omnis orandi ratio constat. Sermo nanq; quoquidem voluntas aliqua enuntiatur habeat necesse est rem & verba. Ac si breuius est, & una cōclusione finitur, nihil fortasse ultra desiderat: at Oratio longior plura exigit. Nam opus est in primis multa inuenire, ac deinde inuenta suo quæq; loco disponere. Neq; tantum refert quid & quo ordine dicamus, sed quomodo: opus est igitur Elocutione. Sed neq; omnia, quæ res postulat dicere, nec suo quæq; loco poterimus, nisi adiuuante Memoria, qua propter ea pars quarta erit. Verū hæc omnia

cor-

corruptit, ac propemodum perdit indecora  
vel voce vel gestu pronuntiatio. Huic igitur  
necessario tribuendus est quintus locus. His  
adiecerunt quidā sextam partem: ita ut Invē-  
tioni subnecērent Iudicium: quia primum es-  
set inuenire, deinde iudicare. Ego porrò nec  
inuenisse eum credo, qui non iudicauit. Neq;  
enim cōtraria, cōmunia, stulta, inuenisse dici-  
tur quisquam: sed non vitasse. Et Cicero qui-  
dē in Rheticis Iudicium subiecit Inuentio-  
ni. Mihi autē tribus primis partibus videtur es-  
se permistum. Nā neq; Dispositio sine eo, nec  
Elocutio fuerit: vt pronūtiationē quoq; vel  
plurimū ab eo mutuari putē. Quod hoc auda-  
cius dixerim, quod in partitionibus oratoriis,  
ad easdē, de quibus supra dictū est, quinq; per-  
uiēt partes. Nā quum dupliciter primū diuisis-  
set Inventionem ac Elocutionē: res ac Dispo-  
sitionē Inventioni: verba & Pronuntiationē  
Elocutioni dedit. Quintā cōstituit cōmūne  
ac velut custodē omnium Memoriam. Quod  
verò paulò ante diximus de Iudicio, nō medo  
Inuētioni, sed aliis quoq; Rheticis partibus  
permistū: nunc mea quidem opinione, latius  
adhus

DE QVINQVE ARTIS RHET. PAR.

adhuc patere videtur : vt ne à sentiis quidem ac verbis, saltem singulis, possit separari. Nec magis arte traditur: quā gustus aut odor. Ideo q; nos quid in quaq; re sequendum cauendū-  
q; sit , docemus : vt ad ea iudicium dirigatur. Præcipiam igitur, ne quod effici non potest, aggrediamur , vt contraria & communia vi-  
temus: ne quid in loquendo corruptum obs-  
curumq; sit referatur oportet ad sensus , qui  
non docentur . A Iudicio non multum distat  
Consiliū: differunt tamèn, quod aliud ostēdē-  
tibus se adhibetur , hoc latentibus aut omni-  
no nondum repertis aut dubiis.

DE INVENTIONE, ET PRIMO DE  
Diuisione cauſarum ſecundum Subſtan-  
tiam & ſecundum Accidens.

Caput. VIII.

**A**D Inventionem, quam diximus esse  
primam Rhetorices partem, Quinti-  
lianuſ refert tria genera cauſarum.  
Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.  
Ad eadem quoq; refert tres status cauſarū,  
Conie-

Cōiecturalem, Legitimum, Iurisdicialem. Sex  
 præterea Orationis partes. Exordium, Narra-  
 tionem, Diuisionem, Confirmationem, Con-  
 futationem, Perorationem. De quibus singu-  
 lis breuiter differendum est: atq; in primis de  
 tribus cauſſarum generibus, quas supradixi-  
 mus esse Rhetorices materiam propriā. Alio  
 qui nihil est, de quo non possit Orator dice-  
 re: nam & conqueri potest, & consolari, & mi-  
 tigare, & cōcitare, & terrete, confirmare, præ-  
 cipere, obſcurè dicta interpretari, narrare, de-  
 precari, gratias agere, gratulari, obiurgare,  
 execrari, describere, mandare, renuntiare, o-  
 ptare, opinari, & alia huiusmodi: quæ propriè  
 in nullo trium illorum generum cōtinentur.  
 Igitur genera cauſſartum, quæ recipere debet  
 Orator, tria sunt: Demonstratiuum, Delibera-  
 tiuum, Iudiciale. Demonstratiuum genus est,  
 quod attribuitur in alicuius certæ pēsonæ  
 laudem aut vituperationem. Deliberatiuum  
 genus est, quod positum in consultatione ha-  
 bet in ſe fuationem aut diſfuationem. Iudicia-  
 le eſt, quod positum in controuersia habet in  
 ſe accusationem, aut petitionem cum defen-

B fione.

DE INVENTIO. PRIMA RHET. PAR.

sione. Sed hæc diuisio cauſſæ ſecundum illius  
iubilantiam facta eſt, hoc eſt generis in suas  
formas: & formarum rurſus in ſubiectas ſpe-  
cies. Eſt & altera cauſſæ diuisio ſecundum ac-  
cidens in quatuor genera. Honestum, Tur-  
pe, Dubium, Humile. Honestum genus cauſſæ  
putatur: cum aut id defendimus, quod ab  
omnibus defendendum videtur, aut oppug-  
namus, quod ab omnibus videtur debere op-  
pugnari, ut pro viro forte contra parricidam.  
Turpe genus cauſſæ intelligitur: quum aut ho-  
nesta res oppugnatur, aut defenditur turpis:  
ut pro parricida contra virum fortem. Dubium  
genus eſt, quod habet in ſe partem honeſta-  
tis & turpitudinis, ut ſi accuſetur, aut defenda-  
tur adulter, quityrānum occidit. Humile ge-  
nus cauſſæ eſt: quum res contemniēda ante-  
fertur. Quintilianus addit quintū genus, hoc  
eſt, admirabile: quod opponitur humili, hoc  
adoxon appellat, quod in nulla ſit hominum  
opinione: illud paradoxon, quod ſit admirabile,  
hoc eſt, præter hominum opinionem, ut  
ſi velimus ostendere, quod neſo peccat niſi ig-  
norās: aut quod nihil eſt bonum niſi quod ſit  
honeſ-

honestū. Proposita igitur aliqua caussa, vel dāta Oratione, quæ sit ex arte profecta: primum at tendēdū est, quod sit genus caussæ, putà Oratio pro Milone: manifestū est quod sit in genere iudiciali, & in eius generis specie altera: hoc est, defensione: tū quærēdū est de caussæ statu, na tres sunt: quemadmodū statim dicemus.

## DE CAUSSAE STATU.

Caput. IX.

**Q** UAM omnis caussa aliquo statu continetur: primo dicendum est, quid sit Status: tū quot & qui sint Status: quos Cicero cōstitutiones, vulgus iurisconsultorū, litiū cōtestationes appellat. Quæ nō modo in genere iudiciali, sed in aliis quoq; generibus, quæri debent: quemadmodū paulò post dicemus. Dicitus est autem Status: quod in eo sit primus caussæ cōgressus, vel quod in hoc caussa consistit, & nominis quidē hæc origo: nunc quid sit Status: quidam dixerunt primam caussarū confictionem, quos rectè sensisse, parum elocutus: non enim est Status prima confictio: sed quod ex prima confictione nascitur.

B 2 Vt si

Vt si quis dicat: sonus est duorum corporum  
conflictio; erret opinor: non enim sonus est  
conflictio, sed ex conflictione prouenit. Esto  
exempli causa: occidisti hominem? non occi-  
di, non dum est status caussæ, sed quæstio, quæ  
soboritur, an occiderit. Vnde & à quibusdam  
quæstio; ab aliis caput est appellatum. Quod  
vero dictum est statum esse primā caussæ con-  
flictionem: plerisque in errorem induxit, qui  
crediderunt statum semper ex prima quæstio-  
ne ducendum: quod est vitiosissimum. Nam  
quæstio nulla non habet utiq; & statum: con-  
stat enim ex Intentione & Depulsione. Sed à  
liæ quæstiones sunt propriæ caussarum, de qui-  
bus ferenda sententia est: aliæ adductæ extrin-  
secus, aliquid tamèn ad summam caussæ con-  
ferentes: velut auxilia quædam. Quo sit ut in  
cōtrouersia vna plures quæstiones esse dicantur.  
Porrò harum leuissima quæq; primo loco  
fungitur. Nanq; & illud frequēs est, vt ea, qui  
bus minus cōfidimur, quām tractata sint, omit-  
tamus: interim spente nostra velut donantes,  
interim ad ea, quæ sunt potentiora gradum  
ex his fecisse contenti. Simplex autem cau-  
sa,

sa, etiam si variè defendantur, non potest habere plus vno, de quo pronuntietur; atq; erit inde status caussæ, quod & Orator sibi præcipue obtainendum, & iudex spectandum maxime intelligit. In hoc enim caussa cōsistit. Cæterum quæstionum status possunt esse diuersi. Quod ut breuissimo poteat exemplo: quū reus dicit non occidi: coniecturalis status nascitur: semper autē firmius est nō fecisse. Itaq; statum esse in eo iudicabo, quod dicerem: si mihi plusquam vnū dicere nō liceret. Quod si reus diceret, occidi, sed iure occidi: qualitas utitur statu: estq; quæstio an iure occiderit. Recte igitur est appellata caussarum prima conflictio, non quæstionum. Sic in caussa pro Milone circa primas quæstiones: quæ sunt ante Narrationem positæ, nō iudicabo cōfixisse caussam: sed vbi totis viribus insidiator Clodius: ideo quoq; iure imperfectus ostenditur. Et hoc est, quod ante omnia constituere debet Orator: si pro caussa plura dicturus est: quid maximè liquere iudici velit.

DE TRIPLO CAVSSARVM  
statu. Caput. X.

B 3 STA-

DE TRIPLO CAVSSARVM STATV.

**T**ATVS Causarū alii plures, aliipau-  
ciores esse dixerūt. Cicero tres ponit:  
Cōiecturalē, Legitimū, Iurisdiciale.  
Coniecturalis est, quū de facto controuersia  
est: vt occidisti? Nō occidi: hic de factō quāri-  
tur: quod per coniecturas tantū assequi possu-  
mus, vnde & coniecturalis dictus: cognomina-  
tur quoq; Inficialis ab eo, quod reus negat id,  
quod actor intendit. Legitima cōstitutio est,  
quum ex scripto aliquid controuersiæ nasci-  
tur. Ea diuiditur in partes sex: in Scriptū & Vo-  
luntatem siue Sententiam. In contrarias le-  
ges. In ambiguum. In Definitionem. In Tran-  
flationem. In Ratiocinationem. Ex Scripto  
& Sententia nascitur Controuersia: quum vi-  
detur scriptoris voluntas cum ipso scripto dis-  
sentire. Ex contrariis legibus controuersia  
constat: quum alia lex iubet, aut permittit, a-  
lia verat quidpiam fieri. Ex ambiguo Contro-  
uersia nascitur, quum res in vnam sententiam  
scripta, duos aut plures sensus significat. Ex  
Definitione constat caussa, cūm in contro-  
uersia est: quo nomine factum appelletur, pu-  
ca furtum an sacrilegium, parricidium an ho-  
mici-

micidiū. Ex Trāslatione constitutio nascitur: quū aut tēpus differendū; aut accusatorē mutandū, aut declinandos iudices reus dicit. Ex Ratiocinatione Controversia constat, quum res sine propria lege venit in iudicium: quæ tamē ab aliis legibus similitudinē aucupatur. Iurisdičialis cōstitutio est, quū inter actorem & reū de factō conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur. Eius cōstitutionis partes duæ sunt, quarū vna Absoluta, altera Assumptiua nominatur. Absoluta est quū id ipsum, quod factū est, vt aliud nihil foris assumatur, rectē factū esse dicimus. Ea est huiusmodi: occidisti? occidi, hic factū, nihil extra sumēdo, iure, æquitate, defenditur. Assumptiua pars est, quū perse defensio infirma est, sed assumpcta ex cōtraria re, cōprobatur. Assumptiæ partes sunt quatuor, Concessio, Remotio criminis, Trāslatio criminis. Cōparatio. Cōcessio est cū reus postulat sibi ignosci. Idq; aut purgādo se, quod nō cōsulto fecerit: sed aut per fortunā, aut p imprudētiā, aut p necessitatē. Aut deprecādo quū& peccasse se cōsulto reus fecisse cōfitetur, & tñ postulat vt iudex suimisereatur.

## DE TRIPPLICI CAUSSARVM STATV.

Ex remotione criminis Causa constat: quū à nobis non crimen, sed culpam ipsam amo uemus, & vel in hominem vel in rei quam piam conferimus. Ex Translatione criminis causa cōstat, quum fecisse nos nō negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus, Orestes cùm se defendit, in matrem confert crimen, quod illa patrem occiderit. Ex Comparisone causa cōstat, cùm dicimus necesse fuisse alterutrū facere: & id quod fecerimus satius fuisse facere. Quæ igitur cōstitutiones, & quæ cōstitutionum partes sint, satis video ostendisse.

## DE RATIONE, IUDICATIONE

¶ continent. Caput.XI.

**I**GITYR reperto caussæ statu, Ratio quæ rēda est. Ratio est, quæ caussam facit & cōtinet defensionem: hoc modo. Orestes quum fatetur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, peruerit defensionem: Ergo affert eā, quæ nisi intercederet, nec caussa quidem esset. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat.

ciderat. Ergo ut ostendi, ratio ea est, quæ continet defensionem, sine qua nec parua quidē dubitatio potest tremorari damnationem. In uenta ratione, firmamentum quæréendum est: id est, quod accusationem continet: & quod affertur cōtra rationem deffensionis, de qua ante dictum est. Id constituetur hoc modo. Quum usus fuerit Orestes ratione, hoc pacto, iure occidi, illa enim patrem occiderat: vicitur firmamento accusator hoc modo. Sed nō abs te occidi, neq; indemnata debuit. Ex ratione defensionis, & ex firmamento accusationis, indicii quæstio nascatur oportet, quam nos Iudicationem, Græci Crinomenō appellant. Ea constituetur ex coniunctione firmamēti & rationis defensione, hoc modo. Quā dicat Orestes se patris vlciscendi caussa matrem occidisse: rectum ne fuerit à filio sine iudicio Clytæmnestram occidi. Ex hac ratione iudicationem reperiri conuenit. Reperta iudicatione, omnem rationem totius orationis eo conferri oportebit. In omnibus constitutionibus & partibus constitutionum hæc via iudicationes reperientur, præterquam in con-

DE RATIO. IVDICAT. ET CONTIN.

iecturali constitutione. Nam in ea nec ratio quare fecerit quæritur, fecisse enim negatur, nec firmamētum ex quiritur: quia nec subsist ratio. Quare ex intentione & ex inficiatione Iudicatio constituitur, hoc modo. Intentio est. Occidisti Aiacē. Inficiatio. Nō Occidi. Iudicatio, occiderit ne. Ratio ōnis vtriusq; Ora otinis, vti ante dictū est, adhāc Iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones aut partes constitutionum: iudicationes quoq; plures erunt in vna caussa, sed, omnes, simili modo reperientur. Sed ea, quæ de Statu, Ratione, Iudicatione & Continenti dicta sunt, videntur ad iudiciales tantum materias pertinere: quorū inscitiam quum omnia tria genera fuerimus executi, res ipsa deprehendet. Nam quum omnis caussa posita sit in cōtrouersia, necesse est ex statu suboriatur quæstio generalis putà in genere demonstratiuo: si quis Uticensis Catonis laudandi prouincia suscepérerit: Cæsar, qui in illum duos Anticato[n]es scripsit: vituperādum esse potius dicat. Maxima quæstio ex statu suboritur, an Cato sit laudandus. Atq; in dcliberatiuo rursus, si quis

quis suadere velit bellū in Mauritanos gerendū, alius verò dissuadeat: summa quæstio erit, an bellum in illos sit gerendum. Quod si rursus aduersarius admittat gerendum, sed non hoc tempore, aut tanto apparatu, aut tali genere, aut sub illo duce belli; alii essent status cauſarum, proinde aliæ quæſtiones.

## DE SEX ORATIONIS PARTIEBUS.

Caput. XII.

**I**NVENTIO, inquit Cicero, in sex Orationis partes cōſumitur. In Exordiū, Narrationē, Diuisionē, Cōfirmationē, Cōfutationē & Cōclusionē. Exordiū est principiū Orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis cōſtituitur, vel præparatur ad audiēdū. Narratio est rerū gestarū, aut proinde ut gestarū exposiſio. Diuisio est, per quā aperimus quid conueniat, & quid in controuerſia ſit: & per quā exponimus quibus de rebus ſumus dicturi. Cōfirmatio eſt noſtrorū argumētorū expositio cū affueratione: cōfutatio eſt cōtrariorū locorū diſſolutio. Cōclusio eſt artificiosus Orationis termini

terminus. Fuerunt & clari quidem autores, quibus solum videretur Oratoris officium, docere. Namq; & affectus duplicatione excludēdos putabant. Primum, quia vitium esset omnis animi perturbatio. Deinde, quia iudicium à misericordia vel ira, similibusq; deffecti nō oporteret nec voluptatem audientium percere: quum vincendi gratia tantum diceretur: non modò agenti superuacuum, sed etiā vix dignum viro arbitrabantur. Plures verò, qui nec ab illis sine dubio partibus orandi rationem submouerunt: hoc tamèn atq; præcipuū crediderunt opus sua confirmare: & quæ ab aduersario proponerentur refutare. Hoc in loco videtur cōmodissimè tractari posse quæstio illa, sit ne Oratori licitum fallere iudicē in persecuendis litibus, aut senatorem in consultationibus, aut in concionibus populum, atq; pro communi omnium vtilitate, aliquando mentiri. Quod si Orator est vir bonus dicēdi peritus, quid turpius & bono viro indignius quam ob ullam causam mentiri? Atqui si hoc aliquando non liceret: qui de arte Rhetorica scripserunt: nō de coloribus, de confessō, & de

& de difficultium causarum defensione præcepta tradidissent: nisi aliquando vis & facultas dicendi expugnaret ipsam viritatem. Qui bus ego quum de arte primum respondero: etiam pro viri boni officio, si quando cum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satis faciam. Per tractare enim quomodo aut pro falsis, aut pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, vel propter hoc solum, ut ea facilius & deprehēdamus & refellamus: quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocent fuerint. Neque enim Academici cùm utramq; differunt partem, non secundū alteram vivunt. Neq; Carneades ille, qui Romæ, (audiente Censorino Catone) non minoribus viribus cōtra iustitiam dicitur dissenserisse, quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit. Verum & virtus, quid sit aduersa ei malitia detegit: & æquitas sit ex iniqui contemplatione manifestior: & plurima contrariis probantur. Debet ergo Oratori sic aduersariorum nota esse consilia: ut hostium Imperatoris. Verum & illud, quid prima propositio ne durum videtur, potest afferre ratio: ut in defen-

DE SEX ORATIO.PARTIBVS.

descensione caussæ velit auferre iudici veritatem. Quod si quis à me proponi mirabitur: quanquam non est hæc mea propriè sententia: sed eorum, quos grauissimo s sapientiæ magistris ætas vetus credidit: iudicet pleraq; esse, quæ non tam factis quam caussis eorum vel honesta fiant, vel turpia. Nam si hominen occidere sæpe virtus, liberos necare non quā pulcerum est: asperiora quædam adhuc dicta, si communis utilitas exegerit, facere cōceditur: ne hoc quidem nudum est intuendū qualem caussam vir bonus, sed etiam quare & quamēte defendat. Ac primum cōcedat mihi omnes oportet, quod Stoicorū quoq; aspertimi confitentur: facturum aliquando bonū virum, ut mendacium dicat, & quidem non nunquam leuioribus caussis: ut pueris & grotatibus, utilitaris eorum gratia, multa singimus, multa non facturi promittimus: nedum si ab homine occidendo grassator auertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus: ut hoc quod aliâs in seruis quoq; reprehendum est, sit aliâs in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit, multa iam video posse eueni-  
rc,

re, propter quæ benè Orator tale suscipiat caussæ genus: quale, remota caussæ honesta, non suscepislet. Sit aliquis insidiatus tyranno, atq; ob id reus, utrum ne saluum eum nollet is, qui à nobis finitur Oratoriam si tuendum suscepit, non tam falsis defendet: quam qui apud iudices malam caussam tuerit? Quid si quædam benefacta damnaturus est iudex: nisi ea non esse facta conuicerimus. non vel hoc modo seruabit Orator non innocentem modo, sed laudabilem ciuem? Quid si quædam iusta natura, sed conditio ne temporum inutilia ciuitati scimus: non ne vtemur arte dicendi, bona quidem, sed malis artibus simillima? Da nunc ut criminis manifesto prematur vir bonus, sine quo vincere honestè ciuitas non possit: nonne ei communis utilitas Oratorem aduocabit? Non igitur fuerit ab re, quod vide mus à Concionatoribus fieri, ut religio nis timore auditores afficiant multa finge re, multa simulare, dissimulareque, non nunquam aliquando mentiri. Nam quid Ego de Diuino Hieronymo Dicam? Qui vt,

Eusto-

## DE SEX ORATIONIS PARTIBVS.

Eustochium virginem à sacerdotiis literarū studio deterreret, simulauit se ante tribunal iudicis verberatum, propterea quod Ciceronis libros legebat. Lege apologiam illius ad Rufinum, in qua fatetur merum illud somniū fuisse, neq; somniū esse credendum: præser-tim quum illud terrendæ virginis cauſa scrip-serit. Hæc omnia eò pertinent, ut ostendere-mus ad præparandos auditores nō modò ne-cessarias esse partes illas Orationis, quæ Athe-niensium decreto sunt Oratoribus prohibi-tæ: verum etiam aliquādo esse opus falsis aut apparentibus argumentis, si id facere fuerit è Republica: nunc de singulis Orationis parti-bus disseremus.

## DE EXORDIO.

Caput. XIII.

**V**O D<sup>i</sup> Principium Latinè vel Exor-dium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur Proœmium nominas-se, quia à nostris modò Initium significatur. Il li satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei,

rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea quod cœme est cantus, & citha-rœdi pauca illa, quæ ante legitimum certamē inchoent, emerendi fauoris gratia, canūt: pro cœmum vocauerunt. Oratores quoq; ea, quæ prius quam caussam exordiātur, eadem appellatione signauerūt. Siue quod oīmō iidē Græci viam appellat, id quod ante ingressum rei ponitur, id vocare est institutum. Certè pro cœmum est, quod apud iudicē dici prius, quā caussam cognouerit, possit. Exordiorum duo sunt genera: Principium, quod Græcè appellatur Proœmium, & Insinuatio, quæ Epodos nominatur. Principium est, quod statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur ut attentos, benevolos, dociles auditoros habere possimus. Dociles habere poterimus, si summam causæ breuiter exponeimus, & si attentos eos faciemus: nam docilis est ille, qui attentè vult audire. Attētos habebimus, si pollicemur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis, verba facturos: aut de iis rebus, quæ ad Répub. pertineant, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad deorum

immor-



immortalium religionē aut pietatē nos esse  
dicturos; & si rogabimus ut attenē audiant; &  
si numero exponemus res, de quibus dicturi  
sumus. Benevolos auditōres facere quatuor  
modis possumus, à nostra, ab aduersariorum,  
ab auditorum persona & à rebus ipsis. A no-  
stra persona benevolentiam contrahemus, si  
nostrum officium sine arrogātia laudabiinus,  
aut in Rempub. quales fuerimus aut in paten-  
tes, aut in amicos, aut in eosipso, qui audiūt,  
aliquid referemus: dum modo hæc omnia, ad  
eam ipsam rem de qua, agitur, sint accommo-  
data. Item si nostra incommoda proferemus  
in opiam, solitudinem, calamitatēm: & si roga-  
bimus ut nobis sit auxilio, & si simul ostende-  
mus in aliis spem nos habere noluisse. Ab ad-  
uersariorum persona benevolentia captabi-  
tur, si eos in odium, in inuidiam, in contem-  
ptionem adducemus. In odium rapiemus: si  
quid eorum spurcē, superbē, perfidiosē, crude-  
liter, confidenter, maliciose, flagitiosē factū  
preferemus. In inuidiam trahemus: si vim, po-  
tentiam, factionēm, diuitias, incontinentiā, no-  
bilitatem, cliētelas, hospitia, sodalitatē, affini-  
tatem

tatē aduersariorū referemus: & his adiumentis  
magis quā veritate eos cōfidere aperimus. In  
cōtēptionē adducemus, si inertia, ignaviā, de-  
sidiā, luxuriā aduersariorū proferemus. Ab ad-  
uersariorū persona benevolētia colligitur: si  
res eorū fortiter, sapiēter, māsuētē, magnificē  
iudicatas dicemus: & quæ de his æstimatio, &  
quæ iudicii spes sit aperiemus. A rebus ipsis be-  
nevolū auditorē efficiemus: si nostrā causam  
laudādo extollemus, & aduersariorū per con-  
téptionē deprimemus. Tria sunt tēpora, quæ  
diligēter sunt cōsiderāda, in quibus principio  
vti non pcessimus. Aut cùm turpem causam  
habemus, hoc est, quum ipsa res animum au-  
ditoris alienauit, aut quum animus auditoris  
persuasus esse videtur ab iis, qui ante contra-  
dixerunt: aut cùm defessus est eos audiendō,  
qui dixerunt. Si causa turpitudinem ha-  
bebit: exodiri poterimus his rationibus, ho-  
minem non rem, rem non hominem spec-  
tari oportere, non placere nobis ipsis facta,  
quæ dicantur ab aduersariis: & esse indig-  
na & nefaria. Deinde quum res auxerimus:  
nihil simile à nobis factum ostendemus.

## DE EXORDIO.

Aut aliquorum iudicium de simili causa , aut de eadem , aut de minori , aut de maiori profectius : deinde ad nostram causam pedetentem accedemus : & similitudinem cōferemus . Itēm si negabimus nos de aduersariis , aut aliqua re eorum dicturos : & tamē occulte dicimus interiectione verborum . Si persuasus auditor fuerit : id est si Oratio aduersariorum auditoribus fidem fecit , his nos rebus insinuabimus ad causam . De eo quod aduersarii firmissimum sibi adiumentum putauerint : primum nos dicturos pollicebimur , aut ab aduersarii dicto exordiemur & ab eo maximè , quod ille nuperrimè dixerit : aut dubitatione utemur quid potissimum dicamus , aut cui loco primū respondeamus cum admiratione . Si defensi erunt audiendo , ab aliqua re , quæ risum mouere possit , exordiemur , ab apolo go , à fabula verisimili . Si promiserimus aliter ac parati fuerimus nos esse dicturos , nos non eodem modo , ut ceteri soleant verba facturos , quid alii faciant , quid nos facturi sumus , breuiter expō nemus . Inter principium & Insinuationē hoc interest : quid principium eiusmodi debet es-

se , ut

se, ut statim apertis rationibus, quibus præscri-  
psimus, aut beneuolum aut attentum aut do-  
cilem faciamus auditorem. At insinuatio eius  
modi debet esse: ut occulte per dissimulatio-  
nem omnia eadem illa faciamus, ut ad eādē  
commoditatē dicendi opere venire possi-  
mus. Verum hæ tres vtilitates tamē si in tota  
Oratione sunt comparandæ, hoc est, ut audi-  
tores fessi perpetuo nobis attentos, dociles  
& beneuolos præbeant, tamē hoc per Exor-  
dium causæ maximè comparandum est. In  
exordienda causæ illud est seruandum ut le-  
nis sit sermo, ut vſitata verborum consuetu-  
do, ut non apparata esse videatur Oratio. Vi-  
tiosum Exordium est, quod in plures cauſas  
potest acōmodari, quod & Vulgare dicitur.  
Item Vitiosum est, quo nihilo minus aduersa-  
rius vti potest: quod cōmune appellatur. Itē  
illud, quo aduersarius ex cōtrario poterit vti.  
Item Vitiosum est, quod nimiū apparatis ver-  
bis compositum est, aut nimis longum est, &  
quod nō ex ipsa cauſa natum videtur, quod  
Separatum vocatur: in quo etiam Translatū  
concluditur: ut propè cohæreat cum Narrati-

## DE NARRATIONE.

tione, & quod neq; beneuolum, neq; docile, neq; attentum facit auditorem.

## DE NARRATIONE.

Caput. XIII.

**M**axime naturale est & fieri frequentissime debet: ut præparato per hæc, quæ dicta sunt, auditore, res de qua pronuntiaturus est indicetur. Pleriq; semper narrandum putauerunt, quod falsum esse coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causæ, ut propositionem potius habeant, quam Narrationem: id accidit aliquando utriq; parti, quum vel nulla expositio est, vel de re cōstat: sed de iure quæritur: ut filius ne, an frater debeat esse intestati hæres: pubertas annis, an habitu corporis æstimetur. Aut quum est qui dem Narrationi locus, sed aut ante auditori nota sunt omnia, aut priori loco Rectè exposita. Sed ut has aliquando non narrandi causas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrandum existiment: quum reus, quod obiicitur tantum, negat. Ego autem magnos

secu-

secutus autores, duas esse Narrationum species existimò: alteram ipsius causæ, alteram rerum ad causam pertinentium expositionem: non occidi hominem, nulla Narratio est: conuenit, sed erit aliqua & interim etiā longa circa argumenta eius criminis de ante acta vita, de causis, propter quas innocens in periculum deducatur, de aliis, quibus incredibile id, quod oblicitur, fiat. Quum que proœmium idcirco comparatum sit: ut auditor ad rem accipiendam fiat cōciliator: docilior, & intentior: & probatio, nisi causa prius cognita, non possit adhiberi, protinus iudex noticia rerum instruendus videtur: sed hoc quoque interdum mutat conditio causa rū, nisi forte. M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit: male distulisse Narrationem videtur, tribus præpositis quæstionibus, aut profuisset exponere quomodo insidias Miloni fecisset Clodius: si reum, qui à se hominem occisum fatetur, defendi omnino fas non fuisset, aut si tam præiudicatione Senatus Milo damnatus esset, aut Gna. Pompeius qui propter ali-

## DE NARRATIONE.

quam gratiam iudicium militibus armatis clu-  
serit tanquam aduersus timeretur, timeret. Er-  
go hæ quoq; quæstiones vim prœcœmii obti-  
nebunt: cùm omnes iudicium præparauerint.  
Narrationum igitur tria sunt genera: vnum  
quum exponimus rem gestā, & vnum quodq;  
trahimus ad utilitatem nostrā vincendi cau-  
sa, quod pertinet ad eas cauſas, de quibus iu-  
dicium futurū est. Alterum, quod intercurrit  
nonnunquam aut fidei, aut criminatioñis, aut  
transitionis, aut alicuius apparationis, vel lau-  
dationis cauſa. Tertiū genus est, quod à cau-  
ſa ciuili remotum est, in quo tamèn exerceri  
conuenit: quo cōmodius illas superiores Nar-  
rationes in cauſis tractare possimus. Eius nar-  
rationis duo genera sunt: vnum, quod in ne-  
gotiis; alterum, quod in personis possum est.  
Id quod in negotiorum expositione possum  
est, tres habet partes, Fabulā, Historiam, Ar-  
gumentum. Fabula est, quæ neq; veras, neq;  
verisimiles continet res: ut hæ, quæ à Tragœ-  
diis traditæ sunt. Historia est res gesta, sed ab  
ætatis nostræ memoria remota. Argumentū  
est ficta res, quæ tamèn fieri potuit: velut argu-  
menta

menta Comœdiarum. Illud genus Narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, leuitatem, spem, metum, suspicionem, rerum varietates, Fortunæ comutationem, in speratum incommodum, subitam lætitiam, iucundum exitum rerū. Illud verò, quod ad veritatem pertinet: quomodo tractari debeat aperiemus. Tres res conuenit habere Narrationē, ut breuis, ut dilucida, ut verisimilis sit. Rem breuiter narrare, poterimus: si inde cœperimus narrare, vnde necesse erit: & si non ab ultimo initio repetere volemus. Et si suminatim non particulatim narrabimus. Et si nō ad extremum, sed usq; eò quo opus erit persequemur. Et si transitionibus nullis vtemur. Et si nō deerrabimus ab eo, quod semel cœperimus exponere. Et si exitus rerū ita ponemus, ut ante quoq; quæ facta sint, scienti possint, tametsi nos tacuerimus. Et omnino non modo id, quod obest, sed & id, quod neq; obest neq; adiuuat, satius est præterire: Et ne bis au sæpius idem dicamus. Cauendum est etiam ne id, quod semel supra diximus, de  
*influxit.*

C S inceps

## DE NARRATIONE.

inceps dicamus. Ré dilucidè narrabimus, si ut quidq; primū gestū erit, ita primum expone-  
mus. Et rerū ac temporū ordinem cōseruabi-  
mus. Ut gestæ res erūt, aut petuisse geri vide-  
būtur. Hic erit obseruandū nequid perturba-  
tē, nequid contortē, nequid ambiguē, nequid nouē dicēmus: neq; in aliam rem transeamus  
nec ab ultimo repetamus, ne longē persequa-  
mūr, nequid quod ad ré pertineat præterea-  
mus. Et si persequemur ea, quæ debreuita-  
te dicta sunt. Nam quo breuior, eò dilaci-  
dior & cognitu facilior Narratio fiet. Veri-  
similis Oratio erit, si ut mos: vt opinio vt Na-  
tura postulat, dicemus. Si spatia temporum,  
personarum dignitates, cōsiliorum rationes,  
locorum opportunitates constabunt, ne re-  
felli possit aut temporis parum fuisse, aut caus-  
sam nullam, aut locum idoneum non fuisse:  
aut homines ipsos facere, aut patinon potuis-  
se. Si vera res erit: nihilominus hæc omnia  
narrando conseruanda sunt. Nam sæpe Veri-  
tas, nisi hæc seruata sint, fidem facere non  
possit. Sin erunt ficta: eò magis conseruanda  
erunt.

De Diui-

DE DIVISIONE SEV PARTE  
titione. Caput: XV.

**I**VISIO siue Partitio est nostrarū, aut aduersarii propositionū, aut vtra-  
rūq; ordine collata enumeratio. Hac  
quidam vtendum semper putat: quod ea fiat  
cauſſa lucidior, & iudex intentior, si scierit de  
quo dicimus, & de quo postea dicturisimus.  
Rursus quidam periculosum id Oratori arbit-  
rantur duabus ex cauſſis: quod nonnunquam  
excidere soleat, quod promiserimus: & si qua  
in partiendo præterierimus occurtere. Quod  
quidem nemini accidit, nisi qui vel nullo fue-  
rit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati præ-  
meditatiq; detulerit. Alioqui quæ tam mani-  
festa & lucida est ratio, quā rectæ partitionis?  
Sequitur enim Naturam ducem adeò, ut Mo-  
moriæ id maximum sit auxilium. Quapro-  
pter ne illos quidem probauerim, qui parti-  
tionem vetant vltra tres propositiones exten-  
dere: quod sine dubio si nimius sit multiplex,  
fugiet Memoriam auditoris: & turbabit inten-  
tionem, hoc tamè numero velut lege non  
est

## DE DIVISIONE SEV PARTITIONE.

est alliganda , quum possit caussa plures desiderare. Alia sunt magis, propter quæ Partitione non est semper vtendum. Primum , quia pleraq; gratiora sunt , si inuenta subito , neq; domo allata : sed inter dicendum è re ipsa natā videtur. Vnde illa nō iniucunda schemata. Penè excidit mihi, & Fugerat me, & Rectè ad mones , Interim verò etiam fallendus est iudex & variis artibus subeundus : vt aliud agi, quam quod nos petimus putet. Nam est non-nunquam dura propositio: quā si auditor prouidet, non aliter præformidat: quam qui ferrum medici ante quām curetur aspexit. At si, re non ante proposita, securū ac nulla denuntiatione in se conuersum intrarit Oratio: efficiet, quod promittenti non crederetur . Sed vt non semper necessaria aut etiam superuacua Partitione est: ita opportunè ohibita plurimum Orationi lucis & gratiæ confert. Neq; enim id solum efficit, vt clariora fiant, quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in cōspectu auditorum positis: sed reficit quoq; audiētē certe singularum partium fine: non aliter quām facientibus iter multum detrahunt.

hūnt fatigationis, notata inscriptis lapidibus  
spatia. Nam ex haustis laboribus nosse men-  
surā voluptati est: & hortatur ad reliqua for-  
tius exequenda scire quantum supersit. Nihil  
enim longnm videri necesse est: in quo quid  
vltimum sit certum est. Nec immerito multū  
ex diligentia partiendi tulit laudis. Q. Hortē-  
tius, cuius tamēn diuisionem in digitis diduc-  
tam nonnūquam Cicero cludit. Nam est cer-  
tus suus modus: & euitanda vtiq; nimirum cō-  
cisa velut articulosa Partitio. Nam & autorita-  
ti plurimum detrahūt minuta illa: nec iam mē-  
bra sed frusta, & huius gloriæ cupidi, quo sub-  
tilius & copiosius diuisisse videantur, & su-  
peruacua assumunt, & quæ natura singularia  
sunt, secant: nec tam plura faciunt, quam mi-  
nora. Deinde quū fecerint mille particulas,  
in candem incidunt obscuritatem, cōtra quā  
partitio inuenta est. Diuisa & simplex propo-  
sitio quoties adhiberi potest: primum debeat  
esse aperta atq; lucida. Nam quid sit turpius  
quam id esse obscurum ipsum, quod in eum  
solū ad hibetur vsum ne sint cætera obscura?  
Tum breuis nec vlo superuacuo onerata ver-  
bo.

## DE DIVISIONE SEV PARTITIO.

bo. Non enim de quo dicimus, sed de quo sumus dicturi ostendimus. Obtinendum etiam ne quid in ea desit: nequid supersit. Superest autē sic ferè, quum aut inspecies partimur, quod in genere partiti sit satis: aut quum, genere posito, subiicitur species. Ut si dicam de Virtute, Iustitia, Cōtinentia, quum Iustitia atque Cōtinentia Virtutis sint species. Partitio proponit quid sit, de quo cōueniat, quid de quo ambigitur, in eo, quod conuenit, quid ad uersarius fateatur: quid nos in eo, de quo ambigitur, quæ dicturi sumus, quæ nostræ propositiones, quæ partis aduersæ. Turpissimum vero non eodem ordine exequi, quo quidq; proposueris.

## DE CONFIRMATIONE.

### Caput. XVI.

**I**N Confirmatione nostrorum argumentorum & refutatione obiectionum consistere omnem artis Rheticæ vim, dictum est in superioribus. Quum igitur sit argumentum ratio probationem præstans: quia colligitur aliquid per aliud etiam quæ quod est dubium,

per

per id; quod non est dubium, cōfirmat necesse est esse aliquid, quod probatione nō egeat: alioqui nihil erit quod probemus; nisi fuerit quod aut sit verum aut videatur: ex quo dubiis fiat fides. Procertis autem habemus primum: quæ sensu percipiuntur, ut quæ vidimus audiuiimus, qualia sunt signa, deinde ea, quæ in communī opinione consensuq; sunt, deos esse, præstandam pietatem parentibus, præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hominum, ciuitatem civitatis aut gentis, in qua res agatur, quæ in mores recepta sunt, ut pleraquè in iure non legibus sed moribus constant. Si quid inter vtrāq; partem conuenit, si quid probatum est. Denique cuicunq; aduersarius non contra dicit. Sic enim sicut argumentum, quū prouidentia mundus regatur: administranda Respub. sit: si liquebit mundum prouidentia regi. Debent etiam nota esse rectè argumentata tractatuero vis & natura omnium rerum: & quid quæq; earum plerunquè efficiat. Hinc enim sunt, quæ icota dicuntur. Credibilium autem genera sunt tria, unum firmissimum,

quod

DE CONFIRMATIONE.

quod ferè accidit ut liberos à parētibus animari. Alterum velut prop̄eius: eum, qui recte valeat in crastinum peruenturum. Tertium non repugnās in domo futurum factum ab eo, qui in domo Mathematicorum : à quibus demōstratio petenda est, vt inquit Aristoteles, quē admodum ab Oratoribus Persuasio . Deinde excutiendi sunt argumentorum loci: quanquam in quibusdam quoq; de quibus supra dixi, loci videntur. Locos appello sedes argūmentorum, in quibus latē, ex quibus sunt petenda. Nam vt in terra non omni generātur omnia: neq; auein aut ferā reperias : ubi quæq; nasci aut morari soleat ignarus : & piscium quoq; genera alia planis gaudent: alia saxosis regionibus, etiā litoribusq; discretasunt: nec Helopem nostro mari aut Scarum ducas: ita non omne argumentum vndiq; : idcoq; non paſſim querendū est. Multus alioqui error est exhausto labore quod non ratione scruta bimur: non poterimus inuenire, nisi casu. De locis multa sunt ab Aristotele. viij. libris Topicorum: atq; à Cicerone atq; Boeto enarratore, aliisq; autoribus prescripta multa: à quibus tota hæc ratio petēda est. De

## DE RATIOCINATIONE.

Caput. XVII.

**R**ATIOCINATIO, quem Græci syllogismum appellant, est Oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciēs quod expositum & per se cognitum sua se vi & ratione confirmet. Hoc de genere, qui diligenter considerandum putauerē: quum idem in usu dicendi sequerētur: paululum in precipiēdi ratione dissenserunt. Nam partim quinque eius partes esse dixerunt: partim non plusquam in tres partes distribui posse putauerunt. Eorum controversiam, non in commodum videtur, cum utrorumque Ratione exponere. Nam & breuis est, & non eiusmodi, ut alteri prorsus nihil dicere putetur. Et locus hic quidem in dicendo minime negligendus videtur. Qui putant in quinque distribui partes oportere: aiunt priuum conuenire exponere summam Argumentationis, hoc modo. Melius ac curantur, quæ consilio geruntur: quam quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem copiosissimis verbis approbari putat

D oport-

## DE RATIOCINATIONE.

oportere, hoc modo. Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus est constructior rebus & apparatiōnē quam ea, quæ temerē & nullo consilio administratur. Exercitus is, cui præpositus est sapiēs & callidus Imperator, omnibus partibus commodius regitur, quām is qui stultitia ac temeritate regitur. Eadem nauigii est ratio. Nam nauis optimē cursum cōficit, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Quum propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint Ratiocinationis, tertia in parte a iunt quod ostendere velis: id ex vi propositio nis oportere assumere, hoc pacto. Nihil autem omnium consilio melius quām mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porrò inducunt approbationem, hoc modo. Nam & signorum ortus & obitus, definitum quendam ordinem seruant, & annuæ commutationes non modò quadam necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates rerum quoq; omnium sunt accō modatæ: & diurnæ nocturnæq; vicissitudines nulla in re vnquam mutatæ, nocuerunt cuicquām. Quæ signa sunt omnia, non medio cri

cti quodam consilio, naturam mundi administrari. Quinto in loco inducunt complexionem: ea que aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur; hoc modo: consilio igitur mundus administratur. Aut in vnu locum quum duxerit, breviter propositionem & assumptionem adiungit, quid ex his conficiatur: adhunc modum. Quod si melius geruntur ea, quae cum consilio, quam quae sine consilio administrantur, (Nihil autem rerum omnium melius administratur, quam mundus.) Consilio igitur mundus administratur. Quinque partitam igitur hoc patto putant Argumentationem. Qui autem tripartitam esse dicunt, ii non aliter potant oportere tractari Argumentationem sed partitionem horum reprehendunt. Negant enim neque à propositione, neque ab Assumptione, approbationes earū separati oportere: neque propositionem absolutam, neque assumptionem sibi perfectam videri, quae approbatione confirmata non sit. Quare (quas illi duas partes numerant propositionem & approbationem,) Sibi partem vnam videri

D. 2 pro-

propositionem: quæ si approbata non sit propositio nō sit Argumentationis. Itcm quæ ab illis assumptio & assumptionis probatio dicitur: eadem solam sibi assumptionem videri. Ita fit ut eadem Ratione Argumentatio tractata, aliis tripartita, aliis quinq; partita videatur. Quare evenit, vt res non tam ad usum dicendi pertineat, quam ad Rationem præceptionis. Sed quæ propositio in se quiddam continet perspicuum, & quod stare inter omnes necesse est: hanc velle & approbare & affirmare, nihil attinet. Ea est huiusmodi. Si quod die Romæ ista cædes facta est, ego athenis fui interessè in cæde non potui. Quare assumi statim oportet hoc modo. Fui autem Athenis eo die, hoc si non cōstat, indiget approbationis: qua inducta, Complexio sequitur. Sunt & alia duo Argumētorum genera: quibus maximè vtuntur Oratores, Exemplum & inductio, illud Græci Paradigma, hoc Epagōgen appellant. Potentissimum est inter ea, quæ sunt huius generis, quod propriè vocamus Exemplū, id est, rei gestæ utilis ad persuadēdum id, quod intenderis commemoratio. Intuendum igitur

tur totum ne simile sit, an ex parte, an omnia  
 ex eo sumamus, aut quæ utilia erūt. Simile est  
 iure est occisus Saturninus, sicut Gracchi, Dis  
 simile. Brutus occidit liberos proditionem  
 moliētes. Mālius virtutem filii morte mulcta  
 uit. Contrarium. Marcellus ornamenta Syra-  
 cusani hostibus restituit, Verres cādē focciis  
 abstulit. Inductio est Oratio, quæ rebus non  
 dubiis captat assensionem eius, cū quo dis-  
 putatio est. Nam illa, qua plurimum Socrates  
 usus est, hanc habuit viam quum plura inter-  
 rogasset, quæ confiteri aduersario necesse es-  
 se: nouissima id, de quo quærebatur infere-  
 bat. Sed quod illic interrogatur: hic ferè sumi-  
 tur. Sit igitur illa Interrogatio talis, quod est  
 pomum generosissimum, nonne quod optimum?  
 Cōcedetur, quis equus generosissimus,  
 nonne qui optimus? Et plura in eundem mo-  
 dum. Deinde cuius rei gratia rogatum est:  
 quid nonne homo is generosissimus, qui opti-  
 mus? Fatendum erit.

## DE VSV ARGVMENTO,

rum. Capit. XVIII.

D 3 Tradi-

DE USU ARGUMENTORVM.

**R**aditum est ferè Argumētūm esse cōfessūm oportere. Dubiis enim probari dubia quipossunt? Quædam tamē, quæ in alterius rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt. Occidisti virum : eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendum est: ut cùm id cōperit esse pro certo, fiat incerti Argumentūm. Illud hoc in loco monere inter necessaria est: nulla esse firmiora , quām quæ ex dubiis facta sunt certa. Cædes à te facta est , cruentam enim vestem habuisti, non est tam graue Argumentum si fatetur , quām si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic causa cardinem ponit: in quo si vixtus fuerit, etiā in sequentibus ruit. Non enim videtur in negando mentiturus fuisse, nisi desperasset id posse defendi, quod confiteretur , firmissimis Argumentorum singulis instandum: infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circūstantibus obscurare: ut qualia sunt appareant . Hæc imbecilla natura mutuo auxilio sustinentur . Itaque si non possunt valere , quia magna non sunt: valebunt

labunt quia multa sunt : quæ ad eiusdem rei probationem omnia spectant . Ut si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur hæreditatem sperabas & magnam hæreditatem : & pauper eras : & tunc maximè à credito ribus appellabaris : & ostenderas eum , cuius eras & mutaturum tabulas sciebas . Singula levia sunt & communia , vniuersa verò nocent etiam si non vt fulmine tamèn vt grandine . Quædam argumenta ponere , satis non est , ad iuuanda sunt , vt si cupiditas causa sceleris fuit quæ sit vis eius . Si Ira , quantum efficiat in animis hominum talis affectio . Ita & firmiora erunt ipsa & plus habebunt decoris : si non nudos & velut carne spoliatos artus ostenderint . Multum etiam refert , si Argumento nitemur odii , vtrum hoc ex Inuidia sit , an ex iniuria , an ex ambitu , verus an nouum , ad uersus inferiorem , patrem an superiorem , alienum an propinquum . Suos habent omnia ista tractatus : & ad utilitatem partis eius , quam tuemur referenda sunt . Nec tamèn Omnibus semper , quæ inuenerimus Argumentis onerandus est Iudex : Quia &

DE VS V ARGUMENTORVM.

& tedium afferunt & fidem detrahunt. Neq; enim potest iudex credere satis ea esse potentia, quæ non putamus ipsi sufficere : qui dicimus. In rebus verò apertis argumentari tam sit stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre. Altera ex asseueratione probatio est: Ego hoc feci? Tu inibi hoc dixisti? Et o facinus indignum: & similia, quæ tamē non habenda sunt inter magna præsidia: quū hoc in eadem caussa fieri, ex vtraq; parte , similiter possit, illæ firmiores, ex sua cuiusq; persona, probationes: quæ credibilem Rationē subiectam habent. Quæ situm etiam potentissima Argumēta primo ne pōnenda sint loco: ut occupent animos , an summo ut idem dimittant: an partita primo summoq; ut Home rica dispositione in medio sint infirma , an à minimis ctescāt. Quæ prout Ratio caussæ cuiusq; postulabit, ordinabūtur, uno, ut ego censeo, excepto, ne à potentissimis ad levissima: decrescat Oratio. Sed iam ad Confutationē veniamus.

DE CONFUTATIONE SIVE RE  
prehensione. Caput. XIX.

Confu-

**C**ONFUTATIO est, per quam argu-  
mentando aduersariorum Cōfirmatio  
diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. Hæc  
fonte Inventionis eodem vtetur: quo vtitur  
Cōfirmatio: propterea quod quibus ex locis  
aliqua res confirmari potest: iisdem potest ex  
locis infirmitati. Omnis igitū Argumentatio  
reprehenditur, si aut ex iis, quæ sumpta sunt,  
non conceditur aliquod vnum plura ve. Aut  
his cōcessis, Complexio confici ex his nega-  
tur. Aut si genus ipsum Argumentationis vi-  
tiosum ostenditur. Aut si contra firmam Ar-  
gumentationem alia æquè aut firmior poni-  
tur. Ex iis, quæ sumuntur, aliquid non conce-  
ditur: cum aut id, quod credibile dicunt, nega-  
tur esse eiusmodi. Aut quod comparabile pu-  
tant, dissimile ostenditur. Aut iudicatum aliā  
in partem traducitur, aut omnino iudicium  
improbatur. Aut quod signum esse aduersarii  
dixerūt: id huiusmodi negatur esse. Aut si Cō  
plexio aut vna, aut ex vtraq; parte reprehen-  
ditur. Aut si Enumeratio falla ostenditur. Aut  
si simplex conclusio mali aliquid continere  
demonstratur. Nam omne, quod sumitur ad

D 5 arguo

DE CONFUTATIO.SIVE REPREHEN.

Argumentandū siue pro probabili siue prōne  
cessario, necesse est sumatur ex his locis. Qua  
re obseruare diligēter oportet & quid summa  
tur, & quid ex his cōficiatur. Ipsum autem ge  
nus Argumentationis vitiosum his de caussis  
ostendetur: si aut in ipso vitiū erit: aut si nō ad  
id, quod instituetur, accōmodabitur. Atq; in  
ipso vitiū erit si omnino totū falsum erit: si cō  
mune, si vulgare, si leue si remotū, si mala de  
finitio, si controuersum, si perspicuum, si non  
concessum, si turpe, si offendit, si contrariū,  
si inconstans, si aduersum. Falsum est, in quo  
perspicue mendacium est, hoc modo: non po  
test esse sapiens, qui pecuniam negligit. Socra  
tes autem pecuniam neglexit, non igitur sa  
piens fuit. Commune est, quod multò magis  
ab aduersariis quam à nobis facit, hoc modo.  
Idcirco iudices, qui averam causam habebāt,  
breui per oraui. Vulgare est, quod in aliā quo  
q; rem non probabilem si non concessum sit,  
transferri possit, hoc modo, si veram caus  
am non haberet, se vobis iudices, non cōmi  
sisset. Leue est, quod aut post tempus dici  
tur, hoc modo, si in mentem venisset, non  
com

Commisit set . Remotum est : quod ultra  
quām latis est peritur , vt . Quod si non P.  
Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho  
collocasset , atque ex ea duos Filios Grac-  
chos procreasset , tantæ seditiones natæ non  
essent , longius enim repetita est , quām res  
postulabat . Mala definitio est : Quum aut  
communia describit , hoc modo , seditiosus  
est is , qui malus est : aut inutilis ciuis est , nam  
hoc non magis seditiosi quām calumniato-  
ris , quām ambitiosi . Controuersum est , in  
quo ad dubium demonstrandum dubia cau-  
sa affertur , vt si quispiam volens probare o-  
dium alicuius in alterum afferat caussam il-  
lius odii : quod nunquam de illo bene sen-  
serit , æquè dubium est utriusque . Perspicu-  
um est , de quo non est controuersia , vt si quis  
cū Orestem accuset : planum faciat ab eo  
matrem occisam . Non concessum est , quum  
id quod agitur in Controuersia est : vt si quis  
cū Ulyssem accuset : in hoc maximè cōmo-  
retur , indignū esse ab homine ignauissimo vi-  
tū fortissimum Aiacem esse necatum . Turpe  
est , quod

DE CONFUTATIO.SIVE REPRE.

est, quod aut eo loco, in quo dicitur, aut homine, qui dicat, aut eo tempore, quo dicitur, aut iis, qui audiunt, aut ea re, de qua agitur in dignum propter in honestatem videtur. Offensum est, quod eorum, qui audiunt voluntate hædit, ut si quis apud equites Rom. cupidius vindicādi Scipionis Agrariam legem laudet. Contrarium est, quod cōtra ea est, quæ ii, qui audiunt fecerunt, ut si quis apud Alexandrū Macedonem dicēs contra aliquem vrbis expargationem: diceret, nihil esse crudelius, quā vrbes diruere: quum ipse Alexander Thebas diruerit. Inconstans, est, quod ab eodem eadem de re diuersè dicitur, ut si quis quum dixerit qui virtutem habeat, eum nullius rei ad benē viuēdum indigere, neget autem postea sine bona valetudine non posse viuere. Adversum est, quod ipsi caussæ ex parte officit, ut si quis hostium vim & copias & felicitatem augeat: quum ad pugnandum milites ad hotetur. Si nō ad id, quod instituitur accommodabitur aliqua pars Argumētationis: is aliquo eorum in vitio reperietur, si plura pollicitus pauciora demonstrabit. Aut si quum totum debet

bebit ostēdere: de parte aliqua loquatur, hoc modo. Mulierum genus avarum est, nam Eriphyle auro viri vitam vendidit. Aut si non id, quod accusabitur, defendet. Ut si quis quum ambitus accusabitur manu se fortem esse defendet; ut Amphion apud Euripidē, & item apud Pacuvium: qui vituperata Musica, Sapientiam laudat. Aut si res ex virtio hominis vituperabitur: ut si quis doctrinam ex alicuius docti vitiis reprehendat. Aut si quis quum aliquem volet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicat. Aut si rem cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit. Aut si alteram ita laudet, ut alterius non faciat mentionem: ut si quis quum aliqui deliberent bellum geratur an non, pacem laudet: omnino non illud bellum inutile esse monstraret. Aut si quum de certa re quæratur, de communi instituatur Oratio: ut Fortitudinem laudatur, virtutem laudibus efferat. Aut si ratio alicuius rei reddetur falsa, hoc modo pecuniam habere bonū est: propterea quod ea maximè vitam beatam efficiat. Aut si infirma: ut Plautus, amicum castigare ob meritam

DE CONFUTATIONE SIVE REPREHEN.

noxam. Aut eadem hoc modo: maximū. ma-  
lū est Avaritia: multos enim magnis incōmo-  
dis affecit pecuniae cupiditas. Aut patū ido-  
nea, hoc modo: maximum bonum est Amici-  
tia, plurimæ enī delectationes sunt in ea.  
Quartus modus Reprehensionis erat, per quē  
contra firmam Argumentationem, æquè fir-  
ma aut firmior pónitur. Hoc genus in delibe-  
rationibus maximè versabitur: quum aliquid,  
quod contrā dicatur, æquum esse concedi-  
mus: sed id, quod nos defendimus necessariū  
esse demonstramus, aut quum id, quod illi de-  
fendat, utile esse fatemur, quod nos dicamus  
honestum esse demōstremus. Hæc de Repre-  
hensione quidem hactenus: nunc de Perora-  
tione dicendum.

DE PERORATIONE SIVE CON-  
CLUSIōNE. Caput. XX.

Perorationes sive Conclusiones, quæ apud  
Græcos Epilogi nominantur, tripartitæ  
sunt: nam constant ex Enumeratione, Ampli-  
ficacione, Commiseratione. Enumeratione est,

per

per quam colligimus & admonemus quibus de rebus verba fecerimus breuiter, ut renouetur, non reintegretur Oratio: & Ordine ut quicquid erit dictum referamus: ut auditor si memoriae inadauerit, ad idem, quod ipse memoriter reducatur. Item curandum est ne aut ab Exordio, aut à Narratione repetatur Orationis Enumerationatio. Ficta enim & dedita opera comparata Oratio videbitur esse artificii significandi ingeniiq; venditandi & memoriae ostentandæ caussa. Quapropter initium Enumerationis faciendum est à Divisione. Deinde ordine breviter exponendæ sunt res, quæ tractatæ erunt in Confirmatione & Confutatione. Amplificatio est res, quæ per locum cōmunem mitigationis auditorum caussa sumitur. Loci cōmunes ex decem præceptis commodissimè sumimuntur adaugendi criminis caussa. Primus locus sumitur ab autoritate: quum commemoramus quantæ curæ ea res fuerit diis immortalibus, aut maioribus nostris, Regibus, Magistratibus, nationibus, hominibus sapientibus, Senatui. Item maximè quomodo his de rebus legibus sancitum sit.

Secun

Secundus locus est, quum consideramus, illæ  
res, de quibus commincamur, ad quos perti-  
neant, utrum ad omnes, quod atrocissimum  
est, an ad superiores, quod genus est, hi sunt à  
quibus autoritatis locus communis sumitur.  
An ad pares, hoc est, in eisdem partibus ani-  
mi, corporis, fortunarum, posites. An ad infe-  
riores, qui omnibus his rebus antecelluntur.  
Tertius locus est, quo percontamur quid sit  
euenturum si omnibus idem concedatur: &  
ea neglecta, ostendemus: quid periculorum  
aut incommodorum consequatur. Quartus  
locus est, quo demonstratur, si hinc sit remis-  
sum: multos alacriores ad maleficia futuros,  
quos adhuc expectatio iudicii remoratur.  
Quintus locus est, quum ostendemus si semel  
aliter iudicatum sit, nullam rem fore, quæ in  
commodo mederi, aut perperam factum, aut  
erratum iudicium corrigerem posse: quo in lo-  
co non incommodum erit ut ea ceterarum  
rerum cōparatione: ut ostendemus alias res  
posse, aut vetustate sedari, aut consilio corri-  
gi: huius rei aut leniendæ aut corrigendæ nul-  
lam rem adiumento futurā. Sextus locus est,  
quum

quum ostendemus & consueto factum, & dicimus voluntario facinori nullam excusationē imprudētis instam deprecationem patatam. Septimus locus est, quum ostendeinus tetur facinus, crudele, nefarium, tyrannicum esse, quod genus iniuriam mulierum, aut earum rerum aliquid: quarum rerum caussā bella suscipiuntur & cum hostibus de vita dimicatur. Octauus locus est, quo ostendimus non vulgare sed singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, & inusitatū: quo maturius & atrocius vindicandum sit. Nonus locus constat ex peccatorum comparatione: quasi quum dicemus maius esse maleficium stuprare ingenuā: quā sacrum lēdere: quod alterum propter egestatem, alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est, per quē omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt, quæq; rem consequi solent, exponemus acriter, & criminosē & diligenter: ut agi res & geri negotium videatut, rerum consequentium enumeratio ne. Misericordia commouebitur auditoribus si vatiam fortunarum commutationem dicemus, si ostendemus in quibus commodis fui-

E mus

## DE PERORATIONE SIVE CONCL<sup>V</sup>.

mus & quibus in incommodis sumus, compara-  
tione. Si quæ nobis futura sint, nisi cauſam  
obtinuerimus, & numerabimus & ostēdemus.  
Si supplicabimus, & eorum, quorum mise-  
ricordiam captabimus potestati subiiciemus.  
Si quod nostris parentibus, liberis, ceteris ne-  
cessariis cassurum sit, propter nostras calami-  
ties, apericimus, & si mul ostendemus illorū  
nos solitudine & miseria, non nostris incom-  
modis dolere. Si de clementia, humanitate,  
misericordia nostra, qua in alios vſi sumus a-  
periemus. Si nos semper aut diu in malis fuiſ-  
ſe ostendemus. Si nostrum fatum aut fortunā  
conqueremur. Si animum nostrum, fortē,   
patientem incommodorum ostendemus fu-  
turum. Commiserationem breuem esse opor-  
tet: nihil enim lachrymis citius arescit. Sed iā  
ad tria cauſarum Genera redeamus.

## DE GENERIBVS CAVSSARVM.

Caput. XXI.

**T**RIA Genera cauſarum, quas diximus  
esse propriā Rhetorices materiā, Aristoteles

teles per tria auditorū genara distinguit. Nā  
vt ille inquit, auditor, aut iudex est, aut Sena-  
tor, aut populus. Iudex inter accusatorē, & de-  
fensorem arbiter est. Senator, qui de rebus du-  
biis suadēti aut dissuadenti acquiescēs decer-  
nit. Populus, qui laudandi aut vituperandi ali-  
cuius causſa, in cōcionem concurrit. Idē quo  
q; autor in tria tēpora, eadē Genera cauſſatū  
partitur. Nā in iudiciū ea proprie veniūt, quæ  
iā perpetrata sunt. In Senatū ea tantū, de qui-  
bus est consultatio: facienda ne, an nō facien-  
da sūt. In cōcionē populus coit: vt audiat qua-  
lis quisq; impræsentiarū est. Loci quoq; diuer-  
si erāt, in quibus Orationes habebātur. In fo-  
ro, quæ in Genere Iudiciale. In curia, quæ in  
Genere Deliberatiuo. Pro rostris quæ in Ge-  
nere Demōstratiuo. Fora Romæ tria erāt, in  
quibus reddebatur ius, de quibus ait Poëta. At  
q; erit in triplici pat mihi nemo foto. Vnde iu-  
ris dicūdi conuentus in prouinciis parati fora  
dicebātur, vt forū Appii, Cornelii, Iulii, Curia  
præterea locus erat, vbi Senatus habebatur: té  
pla quoq; nonnunquam pro curia fuerunt, vt  
**Apollinis, Cōcordiæ, Telluris: apud Vergiliū**

DE GENERIBVS CAVSSARVM.

hoc illis curia templum. Pro rostris quoq; lo-  
cus erat, in quo pendebant rostra nauium ex  
Antiatibus, nauali pugna superatis. Aliquan-  
do tamèn ex certis caussis cum auditoribus lo-  
ca permutabantur, & populus cōsulitur de ge-  
rendo bello cum Mithridate, apud Ciceronē  
in Oratione pro lege Manilia. Et in senatu ab  
eodem laudatur Cæsar: & vituperantur Anto-  
nius & Catilina, atq; pro Archia Poëta in fo-  
ro humanitatis artes commendantur, & ferè  
nulla est caussa, in qua non ex locis aliarum  
caussarum propriis Argumenta ducantur. Nā  
quod quidam scribunt in Genere Demons-  
tratiuo Argumenta deducenda esse ab honesto,  
in Deliberatiuo ab Vtili, in Iudicali à par-  
tibus Iustitiæ non ita est intelligendū, vt vnius  
caussæ non transferantur ad aliarum caussa-  
rum locos. Nam: & in Oratione pro Milone  
plurimus est Cicero in eo laudando, atq; virtu-  
perando Clodio & quum de inferendo Mi-  
thridati bello deliberat, non solum à partibus  
utilitatis, sed ab Honesto & iusto Argumen-  
ta deducit. Quid? non & Aristoteles in Rhei-  
torica ad Alexandrum scribit, oportere sua-  
forem

sorem illa, ad quæ exhortatur ostendere esse iusta, & legitima & utilia & honesta & iucunda & facilia factu: atq; pari modo de aliis duobus generibus caussarum. Sed ad singula causarum Genera redeamus: atq; in primis ad Demonstrantium: quod simplicius atq; tractatu facilius est.

## DE GENERE DEMONSTRATIVO.

Caput. XXII.

**D**emonstratiuum caussæ genus, quod à Græcis Epidicticon appellatur (hoc est Ostentatiuū.) Aristoteles & Theophrastus à ciuilibus negotiis remouerunt: totumq; ad solos auditores, voluptatis caussa, regarunt: & id eius nominis, quod ab Ostentatione dicitur, proprium est. Sed & in iudiciis testes laudantur: vituperanturq; , & in consultatione belli Mithridatici. Cic. Pompeiū laudat: vt illi prouincia decernatur. Itaq; quum omnis caussa propriè in controuersia sit posita, sunt tamèn quædam materiæ , quæ ad solā Ostentationem pertinent: vt deorum immor-

E 3 talium,

## DE GENERE DEMONSTRATIVO.

calium, atq; Heroum laudes , in quibus status  
caussæ nullus est. Nisi quis malè de natura de-  
orum sentiens dicat illos non agere humana  
rum rerum curam: id quod Epicurus opinatur  
& illud ex libro Iob Nec nostra cōsiderat : &  
circa cardines cœli ambulat . Tunc quæstio  
suboritur: an dii rerum nostrarum agant cu-  
ram. Atq; in Hercule laudando , quispiam o-  
bliiciat diuinis illius virtutibus ingentia quæ-  
dam vitia , quæ propenderent rectè factis. Ve-  
rum in dies generaliter maiestatem eorum ve-  
nerabimur , deinde propriam vim cuiusq; &  
inuenta , quæ veile aliquid hominibus atrule-  
runt. Vis ostenditur: ut in Ioue, regendorum  
hominū: in Marte, belli: in Neptunno , maris:  
Inuenta , ut artium in Minerua: frumenti in  
Cerere: vini in Libero patre. Magis est varia  
laus hominum: nam primum diuiditur in tem-  
pora, quodq; ante eos fuit , quodq; ipsi vixe-  
runt. In iis autem, qui fato sunt functi , quod  
est in securum, antehominem patria : paren-  
tes, maioresq; erunt , quorum duplex est tra-  
ctatus : au enim respondisse nobilitati pulcrū  
erit, aut nobilius Genus illustrasse factis. Illa-

quo-

quoque interim, ex eo quod ante ipsum fuit tempore trahentur: quæ responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt: sicut eū, qui ex Thetide natus esset, maiore parte suo futurum cecinisse dicuntur Oracula. Ipsius verò laus hominis, ex animo & corpore & extra positis, peti debet. Et corporis quidem fortuitorūq; tum leuior, tum non uno modo tractāda est. Nā & pulcritudinem interim roburq; prosequimur honore, ut Homerus in Agamēnone atq; Achille. Interim confert admirationi multum infirmitas, ut quum idē Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse: Fortuna verò tum dignitatē affert (ut in Regibus principibusq;, nanq; hæc est materia ostendendæ virtutis vberior) tum quò minores opes fuerunt, eò maiorem beneficiis gloriā parit. Omnia, quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus fortè obtigerunt, nō ideo laudātur, quod habuerit quis ea: sed quod his honestè sit vesus. Nam diuinitæ & potentia & gratia quum plurimum virium dent, in vtrāque partem certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hæc, aut peio-

## DE GENERE DEMONSTRATIVO.

res sumus. Animi semper vera laus, sed non  
vna, per hoc opus, via dicitur. Nāq; aliās æta-  
tis gradus, gestarūmq; rerum sequi, speciosius  
fuit, vt in primis annis laudaretur indoles, tū  
disciplinæ, post hoc operum, id est, factorum  
contextus. Aliās in species virtutum diuidere  
laudem fortitudinis, Iustitiæ, Continentiæ: ce-  
terarumq; ac singulis assignare: quæ secundū  
quāq; earum gesta erunt. Vtra sit autem ha-  
rum via utilior, cum materia deliberabimus:  
dum sciamus gratiora esse audiētibus, quæ so-  
lus quis, aut primus, aut cum paucis certè fe-  
cisse dicetur. Si quid præterea supra spem  
aut expectationem precipue quod in aliena  
potius causa quam sua. Afferunt autem libe-  
ri parentibus laudem, vrbes conditoribus, le-  
ges latoribus, artes inuentoribus, nec non in-  
stituta quoq; autoribus, vt è Numa traditum  
deos colere, à Publicola faces populo submit-  
tere. Qui omnis ordo in vituperatione con-  
stabit tantum in diuersum. Nam & turpitude  
generis obprobrio multis suit, & quosdā cla-  
ritas ipsa notiores circa vitia & iuuisos magis  
fecit, & quibusdam vt in Paride traditum est,  
prædi

prædicta pernicies: quibusdam mala contem-  
 ptum: vt Thersitæ: ac quibusdam bona vitiis  
 corrupta odium attulerūt: vt Nirea imbellē.  
 Plisthenem impudicum à poëtis accepimus.  
 Et animi totidem vitia quot virtutes sunt: nec  
 minus quam in laudibus dupli ratione trac-  
 tantur. Et post mortem obiecta, quibusdam  
 ignominia est, vt Melio, cuius domus solo  
 æquata & M. Nanlio, cuius prænomen è fami-  
 lia in posterum exemptum est, & parentes ma-  
 jorum odimus: & conditoribus urbium est in  
 famiæ contraxisse aliquam perniciosam cete-  
 ris gentē. Interesse tamen Aristoteles putat,  
 vbi quidq; laudetur aut vituperetur: nam plu-  
 rimum refert, qui sint audiētum mores, quæ  
 publicè recepta p̄suasio, vt illa maximè, quæ  
 probant esse in eo, qui laudabitur, credāt: aut  
 in eo, contra quem dicimus ea, quæ oderunt:  
 ita non dubium erit iudiciū, quod Orationē  
 præcesserit, ipsorum etiam permiscenda laus  
 semper, nam id bencuolos facit: quoties au-  
 tem fieri poterit, cum materiæ vtilitate iungē-  
 da. Minus Lacedæmoniæ studia literarū quā  
 Athenis honoris merebuntur: plus patientia,

D s for-

## DE GENERE DEMONSTRATIVO.

fortitudo , rapto viuere quibusdā honestum,  
aliis cura legum. Apud Sibaritas forsítā odio  
foret. Veteribus Romanis summum luxuriæ  
crimē. Eadem in singulis differentia. Maximè  
fauet iudex, qui sibi dicentem assentari putat.  
Idem præcipit illud quoq; quod mox Corne-  
lius Celsus propemodum usurpauit: quia sit  
quædam virtutibus & vitiis vicinitas , vtendū  
proxima deriuatione verborum: vt pro teme-  
rario fortē, pro prodigo liberalē, pro au-  
to parcum vocemus. Quæ eadem etiam con-  
trā valent: quod quidem Orator, id est, vir bo-  
nus, nunquam faciet, nisi fortè communi vti-  
litate duceretur. Laudantur aut vrbes simili-  
ter atq; homines, nam pro parente est condi-  
tor , & multum autoritatis affert vetustas: vt  
iis, qui terra dicuntur orti, illa propria, quæ ex  
loci positione, aut munitione sunt. Ciues illi,  
vt hominibus liberi decori , est laus & operū,  
in quibus honor, vtilitas , pulcritudo , autor,  
spectari solet. Honor vt in tēplis, vtilitas vt in  
mūris, pulcritudo vel autor vtrōbiq; est & lo-  
corum qualis Siciliæ apud Ciceronem: in qui-  
bus similiter speciem & vtilitatem intuemur.

Itaq;

Itaq; vt non consensi hoc Laudatuum Genus circa solam versari honesti quæstionem, si qualitate maximè continere putò: quanquā omnes tres status cadere in hoc opus possint: His quoq; usum. C. Cæsarem in vituperando Catone, notauerit Cicero.

## DE GENERE DELIBERATIVO.

Caput. XXIII.

**D**Eliberatum genus, quod duas habere species, dictum est, Suasionē videlicet ac Dissuasionē, nō solum in Reipub. administratio ne, verum etiam in aliis quoq; rebus, versatur. Nam & consultantium & consiliorum plurima sunt Genera: quare in suadēdo & dissuadendo tria primum spectanda erunt: quid sit, de quo deliberatur, qui sint, qui deliberēt, quis sit qui suadet. Rem autem, de qua deliberatur: aut certum est posse fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæstio sola aut potentissima: saepe enim accidet ut prius, dicamus nesi possit quidē fieri, esse faciēdū: dein de fieri nō posse. Quum aut de hoc queritur: conie-

## DE GENERE DELIBERATIVO.

coniectura est, an Istmos intercidi, an siccari palus Pontina, an portus fieri Ostiæ possit, an Alexander terras vltra Oceanum sit inuentus. Sed in iis quoq; quæ constabit posse fieri coniectura erit aliquando, vt si quæratur an vtiq; futurum sit vt Carthaginē superent Romani, vt redeat Annibal si exercitū in Aphri- cā transtulerit, vt seruent fidē Samnites: si Romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse & futura etiam credibile esse: sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi cōiecturæ non erit locus, alia sunt intuenda, & primum aut propter ipsam rem, de qua sententiæ rogatur, consultabitur: aut propter aliâs interuenientes extrinsecus caussas. Propter ipsam deliberant Patres Conscripti, an stipendium militi constituant: hæc materia simplex erit. Accedunt causæ, aut faciendi, vt deliberant partes conscripti, an Fabios dedant Gallis minantibus bellum, aut non faciendi. Deliberat C. Cæsar an perseueret in Germaniam ire: quum milites passim testamenta facerent. Hæ suæ orïæ duplices sunt. Nam & illic causa deliberandi est, quod bellum Galli minitentur,

tur, esse tamēn quæstio potest dedēdi ne fuc-  
rit, etiam citra hanc denuntiationem, quia cō  
tra fas, cum legati essent missi, prælium inie-  
rint, Regēq; ad quem mandata acceperint,  
trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deli-  
beret: nisi propter hanc militum pertubatio-  
nem. Est tamēn locus quærendi an citra hūc  
quoq; casum penetrandum in Germaniam  
fuerit. Semper autem de eo prius loquemur,  
de quo deliberari etiam, detractis sequenti-  
bus, posset. Partes suadendi quidam putaue-  
runt Honestum, Vtile, Necessarium: Ego nō  
inuenio huic tertiae locum. Quātalibet enim  
vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, ni-  
hil facere, defaciēdo autē deliberatur. Quod  
si hanc vocant necessitatem, in qua homines  
grauiorum metu coguntur, vtilitatis erit quæ-  
stio. Quod si obseSSI & impares & aqua ciboq;  
defecti, de facienda ad hostem deditione, de-  
liberent: & dicatur necesse est, nempe sequi-  
tur ut hoc subiiciatur, alioqui pereundum est:  
ita propter id ipsum non est necesse: quia peri-  
re potius licet: deniq; non fecerunt Sagunti-  
ni: neq; in rate Opitergina circumuenti. Igi-  
tur

## DE GENERE DELIBERATIVO.

etur in his quoque caussis, aut de sola utilitate  
ambigetur, aut quæstio inter Utile & honestum  
consistit. At enim si quis liberos procreare  
volet, necesse est uxorem ducere. Quis du-  
bitat? Si ei, qui pater vult fieri liqueat: nece-  
sse est uxorem esse ducendam? Itaque mihi ne  
consilium quidem videtur ubi necessitas est:  
non magis quam ubi constat quid fieri non  
possit. Omnis enim Deliberatio de dubiis est.  
Melius igitur qui tertiam partem dixerunt dy-  
natōn, quod nostri possibile nominant: quæ  
ut dura videatur appellatio, tamē sola est.  
Quas partes non omnes in omnē cadere sua  
foriam manifestius est, quā ut docēdū sit. Tū  
apud plerosq; numerus augetur, quibus ponū-  
tur ut partes quæ species sunt partium. Nā fas  
Iustum, Pium, Mansuetū quoq; (sic enim sunt  
interpretati) imeron & si qua adhuc adiicere  
quis eiusdem Generis velit, subiici possunt ho-  
nestati. An sit aut facile, Magnum, Iucundū,  
sine periculo, ad quæstionē pertinet utilitas:  
qui loci oriuntur ex Contradictione. Et qui-  
dein Utile, sed Difficile, Paruum, Iniucundū,  
Periculosum. Tunc quibusdam videtur esse  
non-

nonnunquam de iucunditate solum consultatio: ut si de ædificando theatro, instituendis ludis deliberetur. Sed neminem adeo solutum luxu putò, ut nihil in causa suadédi sequatur, præter voluptatem. Præcedat enim semper a liquid necesse est, ut in ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remissio, deformis & incommodo daturbae, si id non fiat, cōflictatio:& nihilominus eadem illa religio cū theatrum veluti quoddam illius sacri templū vocabimus. Sæpe verò & utilitatem despiciendum esse dicimus: ut honesta facimus: ut cum illis Opiterginis damus Consilium ne se hostibus dedant, quanquam perituri sint, nisi fecerint. Et honestis utilia præferimus: ut quum suademus, ut bello Punico serui armantur. Sed tamèn ne hic planè concedendum est esse id inhonestum. Liberos enim Natura omnes, & eisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos, dici potest: & illic ubi manifestum periculum est, opponenda alia sunt pericula: ut crudelius etiam perituros affirmemus, si dederint: siue hostes nō seruauerint fidem, siuo

Cæsar

DE GENERE DELIBERATIVO.

Cæsar vicerit, quod est verisimilius. Hæc autem  
quæ tantum inter se pugnant, plerunque no-  
minibus deflecti solent. Nam & utilitas ipsa  
expugnantur ab iis, qui dicunt non solum po-  
tiora esse honesta quam utilia, sed ne utilia qui-  
de esse quam non sunt honesta. Et contraria quod  
nos honestum, illi vanum, ambitiosum, stoli-  
dum, verbis quam re probabilius vocat. Nec  
tantum inutilibus comparantur utilia, sed in-  
ter se quoque ipsa: ut si è duobus eligamus, in al-  
tero quod sit magis, in altero quod sit minus.  
Crescit hoc adhuc: nam interim triplices etiam  
suasoriæ: ut quum Pœpius deliberat Parthos,  
an Aphricam, an Aegyptum peteret. Ita non  
tantum utrum sit melius, sed quid optimum,  
queritur. Nec unquam incidet in hoc genere  
materiæ dubitatio rei: quæ vndeque secundum  
nos sit. Nam ubi contradictionis locus non est:  
quæ potest esse causa dubitandi? Item omnis  
suasoria nihil est aliud quam comparatio: vi-  
dendumque quid consecuturi sumus, & propter  
quid: ut estimari possis plus in eo, quod peti-  
mus sit commodi, an vero in eo, per quod pe-  
timus incommodi. Est utilitatis & in tempo-

re

re quæstio ex pedit, sed nō nunc. Et in loco, non hic. Et in persona, non nobis, non contra nos. Et in genere agendi, non sic. Et in modo, non in tantum. Sed personam sæpius decoris causa intuemur: quæ & in vobis & in iis, qui deliberant, spectanda est. Itaq; quāuis exempla plurimum in conciliis possint, quia facillimè homines ad consentiendum exemplis ducuntur, refert tamèn quorum autoritas, & quibus adhibetur. Diversi sunt enim deliberantium animi, duplex conditio, natū consulant aut plures aut singuli, sed in vtrisq; differentia: quia & in pluribus, multum inter-est. Senatus sit, an populus, Romani an Fide-ates. Græci an Barbæ. Et in singulis. Cato-ni petendos honores suadeamus, an. C. Ma-tio. De Ratione belli, Scipio prior an Fabius deliberet. Proinde intuenda, Sexus, Dignitas Aetates, sed mores præcipue discrimen dabūt. Et honeste quidē honestis suadere facillimū est: si verò apud turpes recta obtinere conabi-mur, ne videamur exprobare diuersam vitæ sectam, cauendum est. Et animus deliberatis non ipsa honesti natura, quum ipse non ref-

F picit,

DE GENERE DELIBERATIVO.

picit, permouēdus est: sed laude, vulgi opinione. Et si parum proficiet hæc vanitas, securitatem ex iis utilitatem, aliquando verò magis obiiciendo aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nā præter id, quod his leuisimi cuiusq; anius facile terretur: nescio tamèn quo pacto apud plurimos plus valeat malorū timor, quā spes bonorū: sicut facilior eisdē turpiū quā honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoq; suadētur parū decora: dātur parū bonis consilia, in quibus eorū, qui consulūt spectatur vtilitas. Multū etiā refert, quæ sit persona suadētis. Quia ante acta vita si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationē. Prouidendū est ne quæ dicūtur, ab eo qui dicit dissentiant. At iis cōtraria summissio re quēdā modū postulāt. Nam quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Et quibusdā sufficit autoritas, quosdam ratio ipsa ægrē tuetur. Ideoq; longe mihi videntur difficillimæ Prosopopœiæ: in quibus ad reliquū Suasoriæ laborem, accedit etiam personæ difficultas. Nāq; illud idem aliter Cæsar, aliter Cato, aliter Cicero suadere debet. Vtilissima ve-

rò

rò hæc exercitatio, vel quod duplicitis est operis, vel quod Poëtis, vel quod historiarum quoq; futuris scriptoribus plurimum confert, & Oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisq; compositæ Orationes, quibus alii vterentur: ad quorum conditionem vitamq; aptanda, quæ dicebantur, fuerunt. An eodem modo cogitauit, aut eandem personā induit Cicero quum scriberet. Cn. Pom. & cum. C. Domitio ceteris ve: an non vniuersaliumq; eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus: omnium etiam quibus vocem dabant, imaginem expressit: ut melius quidē, sed tamèn ipsi dicere viderentur. Nec minus vitiosa est Oratio: si ab homine quam si a re, cui accommodari debet, dissidet.

## DE GENERE IUDICIALI.

**Q**VI de arte Rhetorica præceptiones scribunt, maximā totius operis partem in Genere Iudiciali cōsumunt. Nam & Quintilianus omnes Rheticæ atq; Orationis partes ad hoc genus defert: siue quod in eo mul-

F 2 tò plus

## DE GENERE IUDICIALI.

tò plus est difficultas ob multiplices variasque  
questiones: siue quod Oratoribus inde mul-  
tò copiosior lucri erat materia, siue quod in  
libera ciuitate maioris potentiae putabatur es-  
se posse oppugnare aut defendere ciuem, aut  
scipsum ab aliorum iniuria tueri, quam apud  
populum concionari, aut in Senatu publicā  
caussam agere. Nostra verò tempestate nul-  
lus propè Generi Iudiciali vlus est relictus.  
Non iis, qui sub ditione Pōticia viuitus: nō  
iis, qui in regno, in quo sunt omnia ad vnius  
Principis voluntatem redacta, qui aut decer-  
nunt pro arbitrio suo quid sit faciendum, aut  
ad ius commune Pontificium siue Romano-  
rum omnia remittunt. Ipsarum verò legum in-  
terprætationem, ad nescio quos Innocētios  
& Abbates, Bartulos & Baldos deferunt. Iudi-  
cum verò arbitrio nihil permittunt diffiden-  
tes opinor illorum æquitati, & bonitati: vt iā  
nullus sit in hac parte relictus Oratori locus,  
non apud Pontificem, non apud Regem, non  
apud Iudices, non in Repub. apud ipsos opti-  
mates, qui & ipsi communi omnium consen-  
su, voluerunt se à iure ciuili gubernari. Sed ni-  
hilo

hilo magis ad rerum gerēdarum deliberatio  
nes Orator admittitur: ut nihil mirandum sit,  
cur ars Rhetorica in interitum propemodū  
sit redacta: atq; insolis concionatoribus repe-  
riatur. Nam quemadmodum ait Aristoteles,  
interirent vtiq; artes, si illarum operibus plus  
impensarum & laboris insumatur, quām inde  
sit emolumenti peruereturum. Quare omis-  
sa hac parte, nos ad alia properemus:  
quum præsertim & in statu caussa  
et cœlum & in confirmatione  
& Confutatione  
non nihil de ea dixerimus.

## D E D I S P O S I - tione.



E I N V E N T I O N E,  
ut arbitror, satis dictum est: sed  
ut opera extruentibus satis nō  
est saxa atq; materiam & cete-  
ra ædificanti vtilia congerere,  
nisi disponendis eis collocandisq; artificum

## DE DISPOSITIONE.

manus ad hibeatur : sic in dicendo quam libet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atq; congestū: nisi illas eadem Dispositio digestas atq; inter se commissas deuinxerit. Neq; immerito secunda quinq; partiū posita est: quum sine ea prior nihil valeat. Neq; enim quāquam fusis omnibus mēbris statua sit, nisi collocetur. Et si quam in corporibus nostris aliorum ve animalium partem permutes & transferas : licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamē & artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo viguerunt usum, & turbati exercitus sibi ipsis sunt impedimento. Nec mihi videntur errare , qui ipsam rerum naturam stāre ordine putant: quo confuso, peritura sunt omnia. Si Oratio carens hac virtute, tumultuetur necesse est: & sine rectore fluitet: & ne cohæreat sibi, multa repetat, multa transeat velut nocte in ignotis locis errans. Neq; initio neq; fine proposito , casum potius quam cōsilium sequatur. Quapropter totus hic locus seruiet Dispositioni: quæ quidem si certa aliqua via tradi in omnes materias ullo modo posset, non tam paucis contingisset.

gisset. Sed quum infinitæ caussarum formæ fuerint, futuræq; sint: & tot sæculis, nulla reperta sit, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet Orator, & vigilet, & inueniat: & iudicet, & consilium à se ipso petat. Neq; inficias eo: quædā esse, quædemōstrari possint: ea quæ non omittam. Quoniam igitur Dispositio est per quam illa, quæ inuenimus, in ordinem redigimus: ut certo quodq; loco pronūtiemus: videndum est cuiusmodi rationem in Disponendo habere conueniat. Genera Dispositio num sunt duo, vnum ab institutione Artis profectum, alterum ad caussam temporis accom modatum. Ex institutione Artis disponemus: cùm sequemur eam præceptionem, quā paullò ante exposuimus, hoc est, ut vtiamur Princípio, Narratione, Diuisione, Confirmatione, Confutatione, Conclusione: & hunc ordinem, quemadmodum præceptum est ante, in dicendo sequimur. Item ex institutione Artis non modo totas caussas per Orationē, sed per singulas quoq; Argumētationes disponemus: quemadmodū in secūdo libro ad Hereniū videre est: id est, expositionē, Rationē

## DE DISPOSITIONE.

confirmationem rationis, Exornationē, Cōplexionem. Hæc igitur duplex Dispositio est: vna per Orationes, altera per argumentationes ab institutione artis profecta. Est autem alia Dispositio, quæ (quum ab ordine artificioso recedendum est) Oratoris iudicio ad tē pus accommodatur: ut si à Narratione dicere incipiāmus, aut ab aliqua firmissima Argumentatione, aut aliquarum rerum recitatione, aut si post principium Confirmationē vtamur: deinde Narratione: aut si quam huiusmodi permutationem ordinis faciamus, quorum nihil (nisi caussa postulet) fieri oportebit: Nam si vehementer aures auditorum obtusæ videbuntur: atq; animi defatigati ab aduersariis, multitudine verborum, cōmodè poterimus principio supersedere & exordiri caussam aut à Narratione aut aliqua firmissima Argumentatione: deinde si commodum erit (quia non semper necesse est) ad principii sententiam reuersti licebit: si caussa nostra magnam difficultatem videbitur habere: ut nemo æquo animo possit audire principium, à Narratione quum inceperimus, ad principii sententiam reuertemur.

temur. Si Narratio parum probabilis est, exordiemur ab aliqua firma Argumentatione: his commutationibus & translationibus sæpe uti necesse est: quum ipsa res artificio sam Dispositionem, artificiose mutare cogit. In Confirmatione, Argumentationum Dispositiones huiusmodi haberi conuenit, firmissimas Argumentationes in primis & in postremis caussæ partibus collocari, medriocres & neq; iniutiles ad dicendum neq; necessarias ad probandum, quæ si separatim ac singulæ dicantur, in firmæ sint: cum ceteris coniunctæ, sunt firmæ & probabiles, interponi & in medio collocari oportet. Nam, re narrata, statim expectat animus auditoris, ex qua re caussa confirmari pos sit qua propter continuo firmam aliqua inferre oportet Argumentationem. Et quoniam nuperrimè dictum facile memorie madatur: utile est quum dicere desideramus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam Argumentationem, Hæc Dispositio locorum tanquam instructio militum facillimè in dicendo, sicut illa in pugnando patere poterit victoriam. Est & hoc quod scrip-

## DE DISPOSITIONE.

tor demonstrare non possit, nisi certa definitaq; materia . Sed quid vna faciat aut altera? quinimo centum ac mille in re infinita atque materia, præceptoris est in alio atq; alio gene re quotidie ostendere, quis ordo sit rerum: & quæ copulatio, ut paulatim sit usus: & ad similia transitus, Tradi enim omnia, quæ Ars efficit, non possunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerū natura sunt ad vimbrare didicit? sed semel percepta imitandi Ratione , assimulabit quicquid acceperit. Quis enim non faber vas culum aliquod quale nunquam viderat facit? Quædam verò non docetium sunt, sed discētium. Nā medicus quid in quoq; valetudinis genere faciendum sit, quid quibus signis prouidendū docebit. Vim sentiēdi, pulsus venarū caloris, motus, spiritus meatum, coloris distātiam: quæ sua cuiusque sunt ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis: & cum cauſis deliberemus, cogitemusq; , homines ante inuenisse Artē, quam docuisse. Illa enim potētissima est quæq; verè dicitur œconomica totius cauſæ Dispositio: quæ constitui , nisi ve-  
lud in re præsente, non potest. Vbi assumēdū

proœ-

procœmum, vbi omittendum, vbi vtendum  
expositione continua, vbi partita, vbi ab ini-  
tiis inciplendum, vbi more Homericō à me-  
diis vel vltimis, vbi omnino non exponen-  
dum: quando à nostris, quando ab aduersa-  
riorum propositionibus incipiems, quando  
à firmissimis probationibus; quando à leuio-  
ribus, qua in causa proponendæ proæmiis  
quæstiones, qua præparatione præmunien-  
dæ: quid iudicis animus accipere possit sta-  
tim dictum, quò paulatim deducendus. Singu-  
lis an vniuersis opponenda refutatio. Reser-  
uandi Perorationi: an per totam Orationem  
diffudèdi affectus. De iure prius an de æquita-  
te dicendum, an ante acta crimina, an de qui-  
bus iudicium est prius obiicere vel diluere cō-  
ueniat. Si multiplices causæ erūt, qui ordo fa-  
ciendus, quæ testimonia, tabulæve cuiusq; ge-  
neris in actione recitandæ, quæ reseruandæ.  
Hæc est velut imperatotia virtus copias suas  
partientis ad casus præliorū, retinentis par-  
tes pér castella tuenda: custodiendas ve rūbes  
petendos commeatus, obsidenda itinera, ma-  
ri deniq; ac terra diuidentis. Sed hæc in Ora-  
tione

DE DISPOSITIONE.

tione præstat, cui omnia affuerint natura; doctrina, studium. Quare nemo expectet, ut alio tanto labore sit desertus. Vigilādum ducat iterum, enitendum, pallendum est, facienda sua cuiq; vis, sua ratio, non respiciendum ad hæc: sed in promptu habenda: nec tanquā tradita, sed tantum innata. Nam viam demonstrare potest velociter ars, si qua est: verū ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio. Nostrum est ut ei scire. Reliqua partiū est demun Dispositio. Et in his ipsis primus a liquis sensus, & secundus, & tertius, qui nō modo ut sint ordine collati, elaborādum est: sed ut inter se vinciatq; ita cohærentes ne commissura perluceat. Corpus si non membra quod ita continget, si & quid quaq; re conueniat, viderimus: ut verba applicemus non pugnantia, sed quæ se inuicem complectantur. Ita res non diuersæ, distantibus ex locis, quasi inuicem ignotæ non colidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se copula tenebunt: ac videbitur non solum composita Oratio, sed etiam continua.

De Elo

## DE ELOCV-

tione.

()

INTER quinq; artis Rheticæ partes,  
difficillimam esse Elocutionem, inter om-  
nes Oratores conuenit. Vnde & apud Cicero  
nem Antonius, ait, se vidisse multos disertos,  
Eloquētem verò neminem. Disertos satis pu-  
tat dicere quæ oporteat: ornatè autem dice-  
re proprium esse Eloquentissimi. Quæ virtus  
si usq; ad illum in nullo reperta est, ac ne in  
ipso quidem. L. Crasso, certū est & his & prio-  
ribus eam desideratam, quia difficillima fuit.  
Et. M. Tullius Inventionem quidem ac Dis-  
positionem prudētis hominis esse putat: Elo-  
quētiā, Oratoris: ideoq; præcipue circa præ-  
cepta huius partis elaborauit. Quod cum me-  
rito fecisse, etiam ipso rei, de qua loquimur  
nomine palam declaratur. Eloqui enim, hoc  
est, omnia quæ mente conceperis promore,  
atq; ad audientes per ferre, sine quo semper  
vacua sunt priora & similia gladio cōditæ, at-  
que intra vaginam suam hærenti. Hoc itaq;  
maximè docetur, Hoc nullus nisi arte asse-  
qui

## DE ELOCUTIONE.

qui potest. Huius studiū adhibendū, Hoc exercitatio petit. Hoc imitatio. Hic ōnis ætas cōsumitur. Hoc maximē Orator Oratore præstantior. Hoc genera ipsa dicendi alia liis potiora ut appareat in hoc & vitiū & virtutem esse dicendi. Non ideo tamē sola est agenda cura verborum. Occurrā enim necesse est iis, qui omissa rerum, qui necrui sunt in caussis, diligētia, quodam inania circa voces studio senescunt: idq; faciunt gratia decoris, quod est in dicens, mea quidem opinione, pulcerrimum: sed quum sequitur, non quum affectatur, Sed opus est studio præcedente & acquisita facultate & quasi reposita: Nāq; ista quærendi, iudicandi, comparandi anxietas dū discimus adhibenda est, non quum dicimus, alioqui sicut qui patrimonium non pararūt, sub diem quæ runt: ita in Oratione, qui non satis laborarūt: si præparata vis dicendi non fuerit, erunt in officiosi. Sunt tamē, qui etiam quum optimis sint reparata, quærūt aliquid, quod sit magis antiquum, remotum, inopinatū, nec intelligunt iacere sensus in Oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura Elocutionis, quam

ma-

maxima : quum sciamus tamèn , nihil verbo-  
rum cassa esse faciendum : quum verba ipsa  
rerum gratia sit reperta : quorum ea sunt ma-  
ximè probabilia , quæ sensum animi nostri  
optimè promunt atque animis auditorum,  
quod nos volumus, efficiunt. ¶ Igitur quam  
Græciphrasin vocant : Latinè dicimus Elo-  
cationem. Eam spectamus verbis aut singu-  
lis aut coniunctis . In singulis intuendum est  
ut sint Latina , perspicua , ornata , & ad id,  
quod efficere volumus accommodata. In cō  
iunctis , ut emendata , ut collocata , ut figura  
ta. Sed ea , quæ de Ratione Latinè atq; emē  
datè Eloquendi fuerunt dicenda, à Gramma-  
ticis commodissimè per tractantur : verum il  
lic tantum ne vitiosa sint præcipitur , hic non  
alienum est admonere, ut sint quām minimè  
peregrina & externa . Multos enim , quibus  
loquendi Ratio non desit, inuenias : quos cu-  
riosè potius loqui dixeris quam Latinè. Quo  
modo & illa Attica anus Theophrastū homi  
nē alioqui disertissimum annotata, vnius affe-  
ctione verbi, hospitē dixit: nec alio se id de  
prehēdisse, interrogata respōdit, quam quod  
niminum

DE ELOCUTIONE.

niminum Atticè loquerentur. Et in. T. Liuio  
miræ facundiæ viro, putat inesse Pollio Asi-  
nius quandam Patauinitatem. Quare si fieri  
potest & verba omnia & vox huius alumna  
vrbis esse debent: ut Oratio planè Romana vi-  
deatur, non ciuitate donata. ¶ Perspicuitas  
in verbis præcipuam habet proprietatem pri-  
mus enim intellectus est sua cuiusq; rei appella-  
tio: qua uon semper vtimur. Nam & obsec-  
cena vitabimus & sordida & humilia. Non ta-  
mèn quicquid non erit proprium, protinus &  
Improprii vitio laborabit: quia multa sūt Græ-  
cè & Latinè non de nominata: vnde Abusio,  
quæ Catachresis dicitur & Translatio, quæ  
Metaphora, est necessaria. Quare proprietas  
non ad nomen, sed ad vim significandi refer-  
tur. Alio modo dicitur proprium inter plura,  
quæ sunt eiusdem nominis, vnde cetera dic-  
ta sunt: ut vortex qui de aqua propriè dicitur:  
de aliis rebus per translationem. Tertius mo-  
odus est huic diuersus: quum res communis plu-  
ribus in uno aliquo habet nomē eximum, ut  
carmen funebre propriè Nænia. Item quod  
commune est & aliis nomen: intellectu alicui  
rei

rei peculiariter tribuitur , vt Vrbs pro Roma.  
 Sed ne in his quidem virtus Oratoris inscipitur. Alio modo dicitur proprium , quod nihil inueniri potest significantius: vt quod deduc-  
 tum carmen dixit Vergilius . At obscuritas sit  
 in verbis ab usu remotis: De quibus Horatius  
 iu principio lib. secundi Epistolarum.

Et, nisi quæ terris semota, suisq;.  
 Temporibus defuncta videt, fastidit, & odit.  
 Sic fautor veterū: vt tabulas peccare vetateis.  
 Quas bis quinq; viri sanxerūt , fœdera Regū.  
 Vel Gabiis vcl cū rigidis æquata Sabinis,  
 Pontificū libros, annosa volumina vatūm.  
 Dicit Albano musas in monte locutas.

Et paulò post.

Iā Saliare Numæ carmen qui laudat, & illud,  
 Quod mecū ignorat , solus vult scire videri.  
 Hinc enim aliqui famā eruditionis affectāt:  
 vt soli scire videantur. Plustamē obscuritatis  
 in contextu sermonis est, & id quidē pluribus  
 modis: quare nec sit longus, nec inhyperbatō  
 solutus, nec lōgis interiectionibus impeditus.  
 Vitanda est in primis ambiguitas . Sit ordo re  
 etus, non in longum dilata cōclusio. Nihil ne

## DE AMPLIFICATIO. ET SENTEN.

que superfluat: ita sermo & doctis p̄babilis &  
planus imperitis erit, Sed vis Oratoris omnis  
in augendo minuendoq; consistat, utriq; par-  
titotidem modi: ex quibus præcipuos attinge-  
mus.

## DE AMPLIFICATIONE ET *Sententia.*

**P**RIMA est Amplificandi vel minuendi spe-  
cies in ipso rei nomine: ut quum eum, qui  
sit cœsus, occisiū: eum, qui sit improbus, latro-  
nem, contraq; eum, qui pulsauit, attigisse, qui  
vulnerauit, læsisse dicimus. Quatuor modis cō-  
stat Amplificatio, Incremento, Cōparatione,  
Ratiocinatione, Congerie. Incremētū est po-  
tentissimum: quum magna videntur etiam,  
quæ inferiora sunt: ut Cicero facinus est vin-  
ciri ciuem Romanorū, scelus verberare, pro-  
pè particidiū necare: quid dicam in crucem  
tollere? Fit & aliter supra summum Adiectio:  
ut apud Vergilium de Lauso, quo pulcrior al-  
ter, Non fuit, excepto Laurētis corpore Tur-  
ni. Lausus equum domitor debellatorq; fera-  
rum.

rum. Summū enim est, quo pulcrior alter non  
 fuit, deinde aliquid supra positum est. Est & a  
 lius modus, ad quem non per gradus itur, sed  
 quo nihil est maius, ut matrem tuam occidiſ-  
 ti: quid dicam amplius? Matrem tuam occidiſ-  
 ti. Nam & hoc augendi genus est aliquid tan-  
 tum efficere, ut nō possit atigeri. Crescit Ora-  
 tio minus apertè: sed nescio an hoc ipso effi-  
 cacious: quum sine distinctione in contextu &  
 cursu semper aliquid priore maius insequitur:  
 vt de vomitu in Antonium Cicero. In cœtu  
 verò populi Rom. negotium gerens publi-  
 cum, magister equitum: singula enim incre-  
 mentum habent. Verum ut hæc Amplifica-  
 tio in superiora tendit, ita quæ sit per Com-  
 parationem incrementum ex inferioribus pe-  
 tit. Augendo enim quod est infra, necesse est,  
 vt extollatur quod supra positū est: vt idē Ci-  
 cero ibidē, si hoc tibi inter cœnā & in illis im-  
 manibus tuis poculis accidisset: quis nō turpe  
 duceret in cœtu verò populi. Rō. & quæ sequū  
 tur. Per Rationē sit Amplificatio: quū, vt aliud  
 crescat, aliud augetur, vt quū Hectoris fortitu-  
 do laudatur, Achilis crescat: & Hānibalis, vt Sci-

## DE AMPLIFICATIO. ET SENTEN.

pionis. Per Congeriem quoq; verborum ac Sententiarum idem significantium fit Amplificatio: nam etiam si non per gradus ascendat tamèn vellut aceruo quodam alleuantur, ut Cicero. Quid enim Tubero, tuus ille distinctus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? Quæ tua mens? Oculi? Manus? Ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Eadem est ferè ratio minuendi: nam totidem sunt descendendibus quod ascendentibus gradus. Sententia uno modo accipitur pro eo, quod animo sentimus: alio modo pro decreto: ut quum à iudice fertur sententia. Sed in præsentiarum Sententia est Oratio sumpta de vita: quæ aut quid sit: aut quid esse oporteat breuiter ostendit. Itaq; lumina præcipua inclausa posita, Sententias vocamus: quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Est igitur Sententia vox vniuersalis, quæ etiam citra causæ complexum possit esse laudabilis: ut nihil est tam populare quam bonitas, quæ simplex est, aut ratione subiecta ut in omni certamine qui opulentior est, etiā si acci-

si accipit iniuriam: tamèn quia plus potest, facere videtur. Non nunquā duplex est, vt obse-  
quiū amicos veritas odium parit. Illud nota-  
bile ex diuersis, vt mors misera non est, adi-  
tus ad mortem miser est. Tam de est auaro  
quod habet: quam quod non habet. Sed ma-  
iorem vim accipiunt ex mutatione figuræ: vt,  
vsq; adeo ne mori miserum est? Acrius enim  
hoc est quām perse mors misera non est. Ex  
Translatione à Communi ad proprium. Ut  
nocere facile est: prodesse difficilius: Vehe-  
mentius apud Ouidium Medea dicit: seruare  
potui, perdere an possim rogas? Vertit ad per-  
sonam Cicero: nihil habet Cæsar vel fortuna  
tua maius quām ut possis, nec natura melius  
quām ut velis seruare quamplurimos. Ita quæ  
erant rerum propria fecit hominis. In hoc ge-  
nere custodiendum est ne passim à quocūq;  
dicantut. Magis enim decet eos, in quibus est  
autoritas: vt rei pondus etiam persona confir-  
met. Ego verò hæc lumina Orationis velut o-  
culos quosdam Eloquétiæ esse credo: sed ne-  
que oculos esse tata corpore velim: ne cete-  
ra membra suum officium perdant. Restabat

G 3 hoc.

## DE MEMORIA.

hoc in loco aliquid detropis & figuris : sed quia hæc pars apud Grammaticos etiam protrita est, omittimus nunc ad ceteras Rhetoricae partes transgrediamur.

## DE MEMORIA.

**M**E M O R I A M . quidam Naturæ esse munus existimauerunt: est q; in ea non dubiè plurimum: sed ipsa excolédo, sicut omnia alia, augetur: & totus , de quo diximus ad huc inanis est labor, nisi ceteræ partes hoc ve luti spiritu contineātur. Nam & omnis disciplina Memoria constat: frustraque docemur, si quicquid audimus præterfluat, & exemplorum, legum, respōsorum, dictorum, benēque factorum : quæ velut quasdam copias , quibus abundare , quasque in promptu semper habere debet Orator: eadem illa vis repræsentat. Nec immerito thesaurus hic Eloquentiae dicitur. Sed non firmè tantum continere : verum etiam citò percipere multa acturos operatur. Nec quæ scripseris modo , iterata lectio ne complecti : sed in cogitatis quoque rerum

ac verborum cōtextum sequi: & quæ sunt ab aduersa parte dicta meminisse, nec vtiq; eo, quo dicta sunt ordine refutare: sed opportuniis locis ponere. Quid? Extemporalis Oratio non alio mihi videtur mentis vigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus intuenda sunt. Ita quum semper cogitatio ultra id, quod est longius quærerit: quicquid interim repetit, quodammodo apud Memoriam deponit: quod illa quasi quædam media manus, acceptum ab Intentione, tradit Elocutioni, non arbitror autem mihi in hoc immorandum quid Memoriam faciat. Quanquam pleriq; imprimi quædam vestigia nostro animo, quæ velut in ceris anulorum signa seruentur, existimant. Neq; ero tam credulus: ut quasi habitu tardiorem firmioreq; Memoriam fieri putem. Eius autem, quod ad animū pertinet magis admirere naturam: subito res vetustas tanto ex interuallo repetitas, reddere se & offerre: nec tantum requirentibus, sed etiā spōte interim, nec vigilantibus, sed etiam quiete cōpositis magis, eoq; illa quoq; animalia, quæ carere intellectu videmus, meminerūt & agnoscunt:

## DE MEMORIA.

scunt: & quamlibet longo itinere deducta, ad assuetas sibi sedes reuertentur. Quid uon hæc varietas mira est? Excidere proxima, vetera in hærere? Hesternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid quod quædā requisita se occultant: & eadem fortè succurrūt? Nec manet semper Memoria: sed aliquando etiā redit. Nesciretur tamèn quanta vis esset eius: quanta diuinitas nisi in hoc lumē orandi vim extulisset. Non n.rerum modò, sed etiam verborum ordinem præstat: nec ea pauca contexit, sed durat propè in infinitum: & in longissimis actionibus prius audiendi patientia, quæ Memoriæ fides deficit. Quod & ipsum Argumento est subesse arte aliquam, iuuariq; ratione Naturam: quum idem docti facere illud in docti & inexercitati non possimus. Quanquā inuenio apud Platonem obstarē Memoriæ usum literarū: videlicet quod illa, quæ scriptis reposuimus: velut custodire desinimus: & ipsa securitate dimittimus. Nec dubium est quin plurimum in hac parte valeat mentis intentione: & velut acies lumen à prospectu rerū, quas intuetur, nō auersa. Vnde accidit: ut quæ per

per plures dies scribimus ediscendi cauſſa, cogitatio ipsa contineat. Artem autem Memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides: cuius vulgata fabula eſt. Quum pugili coronato carmen, quale componi victoribus ſolet, mercede pacta ſcripſiſſet: ad negatam ei pecuniæ partem, quod de more poëtis frequētissimo, di gressus in laudes Castoris & Pellucis exierat. Qua propter partem ab iis peteret, querū facta celebraſſet, iubebatur, & perſoluerunt, ut traditum eſt. Nam quum eſſet grande conuiuum in honorē eiusdem victoriæ: atq; adhibitus cœnæ Simonides: nuntio eſt excitus, quod eum duo iuuenes, equis aduecti, deſide- rare maiorem in modum dicebatur, & illos quidem non inuenit: fuiffe tamēn gratos er- ga ſe: exitu comperit. Nā, vix, eo limen egrēſ- fo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit: at que ita confudit: vt non ora modo oppreſſo- rum, ſed membra etiam omnia, requirentes ad ſe pulturam propinqui, nulla nota poſſent diſcernere. Tum Simonides dicitur memor ordinis, quo quifq; diſcubuerat, corpora ſuis reddidiffe. Ex hoc Simonidis facto, notari vi-

## DE MEMORIA.

detur iuuari Memoriam signatis animo sedibus: idq; credere suo quisq; experimento. Nam quum in loca aliqua post tempus reuer si sumus: non ipsa agnoscimus tantum: sed etiam quæ in iis fecerimus reminiscimur: personæq; sub eunt: nōnunquā tacitæ quoq; cogitationes in mentem reueruntur. Nata est igitur, ut in plerisq;, Ars ab experimento. Igitur Memoria vtrum habeat quiddam artificii, an omnis à Natura proficiscatur, aliud diceditēpus idoneum dabitur. Nunc perinde atq; constet in hac re multū valere Artem & præceptionē: ita de ea re loquemur, placet enim nobis esse artificium Memoriæ: quare placeat a lias ostendemus: in præsentia cuiusmodisit ea aperiemus. Sunt igitur duæ Memoriæ: una Naturalis, altera Artificiosa: Naturalis est ea, quæ nostris animis insita est, & sine multa cogitatione nata. Artificiosa est ea, quam confirmat Inductio quædam & ratio præceptionis. Sed quia rebus in certis ingenii bonitas imitatur sæpe doctrinā: Ars porrò Naturæ commoda confirmat & aget: ita sit in hac re ut nonnūquam naturalis Memoria (si cui data est egregia)

gregia) similis sit huic Artificioſæ Porrò hæc Artificioſa Naturæ cōmoda retinet & amplificat ratione doctrinæ. Qua propter Naturalis Meinoria præceptione confitanda eſt, vt ſit egregia: & hæc quæ doctrina datur indiget ingenii. Nec hoc magis aut minus in hac re quam in ceteris artibus fit: vt ingenio, doctrina, præceptione, Natura, nitescat. Quare in illis, qui natura memores ſunt, utiles hæc erit institutio: quod tutè paulò poſt poteris intelligere: & ſi illi freti ſuo ingenio noſtro non indigerent: tamè iusta cauſa daretur, quare iis qui minus ingenii habent, adiuvemento velimus eſſe. Nunc de Artificioſa Memoria loquemur. Conſtat igitur Artificioſa Memoria ex Locis & Imaginib⁹. Locos appellamus eos, quib⁹ uiter, perfectè, insignitè, aut Natura aut manu ſunt abſoluti: vt eos facilè naturali Memoria cōprehendere & amplecti queamus: vt ædes, intercolumnium, angulū, fornicē, & alia, quæ hiſimilia ſunt. Imagines ſunt formæ quædā & notæ & simulacra eius rei, quā meminifſe volumus, quod genus, equi, leonis, aquilæ. Memoriā ſi volumus habere, Imagines eorum in certis

## DE MEMORIA.

certis locis collocare nos oportebit. Nunc eu-  
iusmodi Locos inuenire & quo pacto reperi-  
re, & in Locis Imagines continere oporteat:  
ostendemus. Quemadmodum igitur qui lite-  
ras sciunt, possunt id, quod dictum est scribe-  
re: & recitare quod scripsierunt: ita qui immo-  
dica didicerunt, possunt quod audierunt, in  
Locis collocare: & ex his memoriter pronun-  
tiare. Loci enim ceræ aut chartæ simillimi-  
sunt. Imagines literis. Dispositio & colloca-  
tio Imaginum scripturæ, Pronuntiatio lectio-  
ni. Oportet igitur si volumus multa memini-  
se: multos nobis Locos cōparare: ut in multis  
locis multas imagines collocare possumus. Itē  
putamus oportere ex ordine hos Locos ha-  
bere: ne quando perturbatione ordinis impe-  
diamur: quo secius quanto loco libebit vel à su-  
periore vel ab inferiore parte Imagines sequi:  
ut ea, quæ mandata locis erūt: & proferre pos-  
simus. Nam ut si in ordine stantes notos com-  
plures videmus: nihil nostra intersit, vtrum à  
summo an ab imo nomina eorum dicere in-  
cipiamus. Item in locis ex ordine collocatis  
euénit: ut in qualibet partem quanto quoq; lo-  
co li-

eo libebit, Imaginibus commoniti, dicere possumus id quod locis mādauerimus. Quare placet ex ordine Locos cōparare: & locos quos assūpsērīmus, egregie commōditerq; notare oportebit: vt ppetuo nobis hārere possint. Nam Imagines sicut literæ delentur, vbi nihil vtimur, Locitanquam cera remanere debēt: Et ne forte in numero Locorum falli possimus, quintum quēq; Locum placet notari, quod genus, si in quinto Loco manum: aurēa collocemus: in decimo, aliquem notum cui prænomē sit decimo: deinde facilē erit quinto quoq; Loco similes notas collocares. Itē comodius est in derelicta quam in celebri re- gione cōparare: propterea quod frequentia & deambulatio hōminum conturbat & infimat Imaginum notas: solitudo conseruat in- tegras simulacrorum figurās. Præterea dissimiles forma atq; Natura Loci comparandi sunt: vt distinctē interlucere possint. Nam si quis multa intercolumnia sumpsērit: conturbitur similitudine: & ignorabit quid in quo quo Loco collocetur. Et magnitudine modi- ca & mediocres Locos habere oportet. Nam

&amp; præ

## DE MEMORIA.

& præter modum ampli vagas imagines redunt: & nimis angusti, sæpe nō videntur posse capere Imaginum collocationē. Tunc nec nimis illustres nec vehementer obscuros Locos habere oportet: ne aut obscuræcentur fenebris imagines: aut splendore præfulgeat. Inter uallā Locorum mediocria esse oportet, ferè paulò plus aut minus pedum trigenu. Nā ut aspectus, ita cogitatio minus valet, siue nimis procul remoueris, siue vehementer ppe admovearis id quod oportet videri. Sed quāquā facile est ei quipaulò plura exploravit, quāuis multis & idoneos Locos cōpararit: tamēn si quis ad ista idoneos inuenire se non putauit: ipse si bi constituat quam volet multos licebit. Cogitatio enim quāuis regionem potest amplecti: & in eis sitū Loci eiusdē ad suū arbitriū fabricari & architectari: Quare licebit si hac propria copia cōtēti nō erimus, nos meptis cognitione nostra regionē cōstituere: & idoneorū locorū cōmodissimā distinctionē cōparare. De Locis satis dictū est: nūc ad imaginū rationem trāsseamus. Quoniā ergo terum similes Imagines esse oportet: ex omnibus verbis nos-

nosmet notas nobis Similitudines eligere debemus . Duplices igitur Similitudines esse debent: vna rerum , alterae verborum . Rerum Similitudines exprimuntur : quum summam ipsorum negotiorum imagines comparamus . Verborum Similitudines constituuntur : quum vnius cuiusque nominis & vocabuli Memoria , imagine notatur . Reitotius Memoriam saepe vna nota & imagine simplici comprehendimus hoc modo . vt si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum: & haerediratis caussa factum arguerit, & eius rei multos dixerit testes & consciens esse : si hoc primum ut ad defendendum nobis expeditum sit , meminisse volemus: in primo loco rei totius imaginem conformabimus: ægrotum in lecto cubatē faciemus ipsum illum, de quo agetur: si formā eius detinebimus . Si eum nō cognouerimus aliquē ægrotū non deminimo loco sumemus , vt cito in mētē venire possit: & reū ad lectū eius statuemus dextra poculū, sinistratabulas, medico testiculos arietinos tenetē . Hoc modo & testiū & haereditatis & venenū necati memoriā habere

## DE MEMORIA.

bere poterimus. Item deinceps cetera omnia ex ordine in locis ponemus. Et quotiescūq; rē miminisse volemus: sic Formarum dispositio ne & imaginum diligentis notatione, vtemur: ut facile ea, quæ volemus Memoria consequamur. Quum verborum Similitudines Imaginibus exprimere volemus, plus negotii sumemus: & magis ingenium nostrum exercebimus: id nos hoc modo facere oportebit. Iā domi vltionē reges Atridæ parant, in loco constituere oportet manus ad cœlum tollentem Domitium, quum à regibus Martiis loris cedatur: hoc erit iam domi vltionem reges. In altero loco Aesopum & Cimbrum subornari: & Iphigeniam vagantem, hoc erit Atridæ parant. Hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed hæc Imaginum conformatio tum valet si Naturalem Memoriam exuscitauerimus ab hac notatione: ut versu posito ipsi nobiscum primum transeamamus bis aut ter eū versum: deinde cum Imaginibus verba exprimamus: hoc modo Naturæ suppeditabitur doctrina. Nam vtraq; altera separata minus erit firma: ita tamèn ut multo plus in Doctrina atque

que Arte præsidii sit: quod docere non graua  
remur, ni metuerim⁹ ne cùm ab instituto nos  
tro recessissemus commode minus reseruare  
tur hæc dilucida breuitas præceptionis. Nunc  
quoniam solet accidere, vt Imagines partim  
firmæ & ad mouendum idonea sint: partim  
imbecilles & infirmæ, quæ vix Memoriā pos-  
sunt excitare: qua de cauſa vtrūq; fiat conſi-  
derandū est: vt cognita cauſa, quas vitemitis  
& quias ſequemur Imagines, ſcrita poffimus.  
Docet igitur nos ipsa Natura quod oporteat  
fieri. Nā ſi quas res in vita videmus paruas, vi-  
tatas, quotidianaſ, meminiffe nō ſolemus: pro-  
terea quod nulla niſi noua aut admirabilitē  
comovetur animus. At ſi quid videmus aut au-  
dimus egregiū, turpe, aut honestū, incredibile  
magnū, ridiculum: id diu meminiffe confue-  
mus. Ita q; quas res ante ora videimus, obliuiſ-  
cimur plerūq; quæ acciderūt in pueritia, opti-  
mè meminimus ſæpe. Nec hoc alia de cauſa  
potest accidere, niſi quod vſitatæ res facile ē  
Memoria labūtur: insignes & nouæ diutius in  
animo manent, Solis exortus, cursus, occasus,  
nemo admiratur: propterea quia quotidie fiūt:  
at eclipſim Solis mirātur, quia raro accidit: &

## DE MEMORIA.

Solis eclipsim magis miratur qnā Lunæ: quoniam hæ crebiores sunt. Docet ergo Natura vulgari & visitata re nō exuscitari: nouitate vero, & insigni quodā negotio, cōmoueri imitatur Ars igitur Naturā & quod ea desiderat inueniet: si quod hæc ostendit sequatur. Nihil est enim, quod aut Natura extremum inueniret: aut doctrina primum: quia rerū principia ab ingenio profecta sunt: & eius disciplina cōparātur. Imagines igitur nos in eo genere cōstituere oportebit: quod gen⁹ in Memoria diutissimè possit remanere: id accidet, si quā maximè notas Similitudines constituemus, si nō multas nec vagas, sed aliquid agentes Imagines ponemus: si egregiā pulcritudinē aut vnicā turpitudinē eis attribuemus: si aliquas exornabimus: ut si corona aut veste purpurea quo notior nobis sit Similitudo: aut si aliquam rē deformabimus: ut si cruentam aut cœno oblitam aut rubrica delibutā inducamus: quod imaginis insignita sit forma: aut ridiculas res aliquas Imaginibus attribuamus. Nam ea res quoq; faciet, ut facili⁹ meminisse possimus. Nā quas res veras facile⁹ meminerimus, easdē fictas & diligenter notas, meminisse non est difficile.

Sed

Sed illud facere oportebit, vt idētidē primos  
 quosq; Locos Imaginum renouādarū cauſſa,  
 celeriter animo peruagemur. Scio plerosque  
 Græcos, qui d̄ Memoria scripſerunt, feciſſe vt  
 multorū verborū Imagines conſcriberent: vt  
 qui eas diſcere vellēt, paratas haberēt: ne quid  
 in quærēdo consumerēt operis: quorū ratio-  
 né, aliquot de cauſſis, im̄pbam⁹. Primū quod  
 in verborum innumerabilium multitudine,  
 mille verborū Imagines ridiculum ſit cōpara-  
 re. Quantulum enim poterunt hæ valere: quū  
 ex infinita verborum copia modo vnum, mo-  
 do aliud nos verbum meminiffe oportebit?  
 Deinde cur volumus ab industria quē quam  
 remouere, ne quid ipſe quærat: quum nos illi  
 omnia parata quæſitaq; tradamus? Præterea  
 Similitudine alia alius magis commouetur.  
 Nam vt ſæpe formam, ſi quam similem cui-  
 piā dixerimus eſſe, nō omnes habemus affen-  
 fore, quod aliis videtur aliud: itē ſit in imagini-  
 bus: vt quæ nobis diligēter notata ſit, ea parū  
 videatur in signis aliis. Quare ſibi quēque cō-  
 modosuo cōuenit Imagines cōparare. Poſtre  
 mo præceptoris eſt docere, quemadmodum

## DE MEMORIA.

quætri quidq; cōueniat; & vnū aliquid aut alte-  
rū, non omnia, quæ eius generis crunt exépli  
causla subiicere: quo res dilucidior esse pos-  
sit. Ut quū de prœcēmīis quærēdis disputamus  
rationē damus quārēdi: nō mille prœcēmīorū  
genera describimus: ita arbitramur de Imagī-  
bus fieri conuenire. Nunc ne fortè hanc ver-  
borum Memoriā aut minus difficilem aut  
parū vtilē arbitreris & ipsarū Memoria rerū  
contentus sis: quod & vtiliores sint: & plus ha-  
beant facultatis, admonedus es, quare verbo-  
rū Mumoriā non improbemus. Nā putamus  
oportere eos, qui velint res faciliores sine la-  
bore & molestia facile meminisse, in rebus dif-  
ficiiliorib⁹ ante esse exercitatos. Nec nos hāc  
verbōrū Memoriā reducimus, vt versus me-  
minisse possimus: sed vt hac exercitatione il-  
lam rerū Memoriā, quæ pertinet ad vtilitatē,  
confirmemus: vt ab hac difficiili consuetudi-  
ne sine labore ad illā facilitatē transire possi-  
mus. Sed cū in cīnni disciplina infirma est Ar-  
tis præceptio sine summa assiduitate exercita-  
tionis: tū verò in Memoriis minimū valet do-  
ctrina: nisi industria, labore, diligentia cōpro-  
betur, quā plurimos Locos vt habeas, & quā  
maxi-

maxime ad precepta accommodatos, curare poteris. In Imaginibus collocandis exerceri quotidie conuenit: non enim sicut a ceteris studiis abducimur nonumquam occupatione: ita ab hac re nos potest caussa deducere aliqua. Nunquam est enim quin aliquid Memoriæ tradere velimus: & tu maxime quem aliquo maiore officio detinemur. Quare cum sit utile, facile, meminisse: non te fallit quod tantopere utile sit: quanto labore sit appetendum: quod poteris existimare utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam rem te adhortari non est sententia, ne aut studio difficulti, aut minus quam res postulat dixisse videamur.

## DE PRONUNTIA- tione.

**P**ronuntiatio à plenisq; Actio dicitur: sed prius nomine à voce: sequens, à gestu videatur accipere. Nāq; Actionē Cicer: aliās quasi sermonē: aliās Eloquētiā: quādā corporis dicit. Itē tamēn duas eius partes facit: quae sunt exēdē Pronūtiationis: Vocē atq; Motū. Qua ppter vtraq; appellatione indifferēter uti licet. Habet autē res ipsa mirā quandā in Orationi

## DE PRONVTIATIONE.

bus vim ac potestatē. Nec enim tā refert qua  
lia sint: quæ intra nos metipso cōposuitus:  
quā quo modo efferantur: nā ita quisq; vt au-  
dit, mouetur. Quare nec probatio vlla, quæ a  
liquo modo venit ab Oratore tā firma est, vt  
non perdat vires suas: nisi adiuuetur asseue-  
ratione dicentis. Affectus omnes lāguescant  
necessē est: nisi Voce, Vultu, totius propè ha-  
bitu corporis in ardescant. Nā cum hæc om-  
nia fecerimus: felices tamē si nostrum illum  
ignē iudex cōceperit, ne dum eum supini se-  
curiū moueamus: ac non & ipse nostra oscita-  
tione soluatur. Documēto sunt vel scenici ac  
tores: qui & optimis Poetarū tantum adjiciūt  
gratiæ, vt nos infinite magis eadē illa audita,  
quām lecta delectent: & viliissimis etiā quibus  
dā impetrēt aures: vt quibus null⁹ est in biblio-  
thecis locis: sit etiam frequens in theatris.  
Quod si in rebus, quas factas esse scimus & ina-  
nes, tācū Pronūtiatio potest: vt irā, lachrymas  
solicitudinē afferat: quanto plus valeat nesse  
est, vbi & credimus? Evidem vel mediocrem  
Orationem commendatā viribus actionis af-  
firmauerim plus habiturā esse momenti: quā  
optimam candem illa destitutam. Si quidem  
& De-

& Demosthenes quid esset in toto genere dicendi summum interrogatus: Pronuntiationi palma dedit: eidēq; secundum ac tertium locum: donec ab eo queri desierit: ut eam vide ri possit non præcipuā, sed solā iudicasse. Sint igitur in primis Oratori futuro procul oris via tia ut expressa sunt verba, vt suis quæq; literæ sonis enuntiētur. Quarundā enim vel exilitate vel pinguitudine nimia laboramus; quasdam velut acriores parum efficimus: & aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe, rho, litteræ, qua Demosthenes quoque laboravit, lambda succedit: quarum vis est apud nos quoque, & cum. C. T. ac similiter. g. nō valluerunt in G. ac. D. molliuntur. Ne in puerō quidē illas circa. S. literā delicias magister fert, nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare. Nec quod minimè Sermoni puro conueniat, simplicē vocis naturā pleniore quodam sono circū lenire: quod Græci catapeplasmēnō dicūt (sic appellatur cātus tibiarū,) quæ pīctūris, quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorē spiritū reddūt. Curabit etiā ne extremæ syllabæ intercidāt, vt pars sermo

## DE PRONVNTIATIONE.

sibi sit, ut quoties exclamandū sit: laterū conatus sit ille, nō capit is, ut Gestus ad Vocē, Vultus ad Gestū accōmodetur. Obseruādū erit etiā: ut rectē sit facies dicētis: ne labra ditorqueantur, ne immodicus hiatus rictū distendat, ne supinus vultus, ne deiecti in terrā oculi, ne inclinata vtrolibet ceruix. Nā frōs pluribus generibus peccat: vidi multos, quorū supercilia ad singulos Vocis conatus alleuarentur, aliorū cōstricta, aliorū etiā dissidentia: quum altero in verticē tenderent: altero penē oculus ipse premeretur. Infinitū autē in his quoq; reb⁹ momentū est: & nihil potest placere quod nō decet. Debet etiā docere Comœdus quomo do narrandū, qua sit autoritate suadū, qua cō citationē cōsurgat ira, quis flexus deceat miserationem. Quod ita optimē faciet: si certos ex Comœdiis elegerit locos & ad hoc maximē idoneos, idē actionibus similes. Idē autem ad pronūtiandū nō modo utilissimi: verū ad augēdū quoq; Eloquētiā maximē accōmodati erūt. Et hæc dū infirma ætas maiora nō capiet, cæterū quū legere Orationes oportebit: quū virtutes earū iā sentiet: tū mihi diligēs aliquis ac peritus affistat: nec solū lectione formet,

met: verū etiā ediscere electa ex his cogat , &  
ea dicere stantē clarē: & quemadmodū agere  
oportebit: ut p̄tinus p̄nūtiationē Vocē & Me  
moriā exerceat. Nec illos quidē reprehēden  
dos puto, qui paulū etiā palæstricis vacauerūt  
nō de iis loquor, quib⁹ pars vitæ in oleo, pars  
in vino cōsumitur qui corporū cura mentē o  
bruerūt: hos enim ab esse ab eo , quē institui  
mus quā lōgiissimē velim . Sed nomen est idē  
iis, à quibus Gestus Motusq; formātur: vt rec  
ta sint brachia, ne indoctē rusticæ man⁹, ne sta  
tus indocorus, ne qua in p̄ferēdis pedib⁹ ins  
citia, ne caput oculiq; ab alia corporis inclina  
tione dissideat. Nā nec hoc esset in parte Pro  
nūtiationis negauerit quisquā: nec ipsam Pro  
nūtiationē ab Oratore secernet: & certè quæ  
facere oporteat: nō indignādū estdiscere: quū  
præsertim hæc chironomia, quæ est (vt nomi  
ne ipso declaratur) lex gestus & ab illis tēpo  
ribus heroicis orta sit: & à sumis Greciæ viris  
& ab ipso etiā Socrate p̄bata: à Platone quoq;  
in parte ciuiliū posita virtutū : & à chrysippo  
in præceptis deliberorū educatione cōpositis  
nō omissa. Diuiditur igitur Pronūtiatio in Vo  
cis figurā & corporis motū. Figura vocis est,

H s quæ

DE PRONVTIATIONE.

quæ suū quēdā possidet habitū, ratione & industria cōpatū. Ea didivit in tres partes, Magnitudinē, Fortitudinē, Molitudinem. Magnitudinē Vocis maximē Natura comparat: non nihil auget sed maximē cōseruat exercitatio Declamationis. Mollitudinē vocis: hoc est ut cā torquere pro nostro commodo posimus, maximē faciet exercitatio Declamationis. Quapropter de Magnitudine Vocis & firmitudinis parte quoniam altera cura, altera Natura comparatur, nihil ad nos attinet cōmonere: nisi ut ab iis, qui non insciī sunt eius artificii, ratio curandæ Vocis petatur. De ea parte firmitudinis, quæ conseruatur ratione Declamationis: & de Mollitudine Vocis: (quæ maximē necessaria est Oratori) quomodo ea quoq; moderatione Declamationis comparatur: dicendum videtur. Firmam igitur quā maximē poterimus in dicendo Vocem conseruare; si quām maximē sedata & depræsa voce, principia dicemus. Nā lēduntur arteriæ, si ante quām Vox benè permulsa est, acri clamore compleātur. Et interuallis longioribus ut cōueniet. Recreatur enim spiritu vox: & arteriæ cōticendo requiescūt: & continuū cla-

clamorem omittere: & ad sermonē redire oportet pariter. Commutationes enim faciūt, ut nullo genere Vocis effuso, in oīnni voce integrifimus. Et acutas Vocis Exclamationes vitare debemus. Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ, acutā atq; extenuata nimis Acclamatione, & si quis splendor est Vocis, consumitur vno clamore vniuersus. Et vno spiritu cōtinenter multa dicere conuenit in extrema Oratione. Fauces enim calefiūt, & arteriæ cōplentur: & Vox, quæ varie tractata est: reducitur in quendam sonum æquabilem atq; cōstātem. Quia verò sēpe rerum naturæ, gratia quædam iure debetur: velut accidit in hac rem hoc quod diximus ad vocem seruandā prodesse: idem attinet ad suavitatem Pronuntiationis: ut quod natura voci pro sit idem voluntate auditoris probetur. Vtile est ad firmitudinem Vocis sedata vox in principio. Quid enim in suauius quam clamor in exordio causat? Interralla vocem confirmant, eadem sententias concinniores diaisione reddunt & auditori spatium cogitandi relinquunt, cōseruat vocem continui clamoris remissio: & auditorem quidem maximè delectat varietas & ser

## DE PRONVNTIATIONE.

& sermone animū eis retinet: & exuscitat, clā more. Acuta exclamatio vocē: & fauces vul-  
nerat, eadē lædit auditorē habet enimquiddā illiberale: & ad muliebrē potius vociferatioē,  
quā ad virilē dignitatē in dicendo accōmoda-  
tū. In extrema oratione cōtinens Vox reme-  
dio est Voci. Quid hæc eadē nonne animum  
vehementissimē calefacit auditoris in totius  
cōclusionē caussæ? Quoniā igitur res eadem  
Vocis firmitudini & Pronuntiationis suauita-  
ti p̄sunt, de vtraq; re simul erit in præsentia di-  
ctum. De firmitudine, quæ visa sunt & de sua-  
uitate, quæ cōiuncta fuerunt: cetera suo loco  
post dicemus. Mollitudo igitur Vocis, quoniā  
omnis ad Rhetoris præceptionē pertinet, di-  
ligentius nobis considerāda est. Eā diuidimus  
in Sermonē, Cōtentione, & Amplificationē.  
Sermo est Oratio remissa & finitima quotidiana  
næ locutioni. Cōtentio est Oratio acris ad cō  
firmandū & cōfutādū, accōmodata. Amplifi-  
catione est Oratio, quæ aut in iracūdiā inducit,  
aut ad misericordiā trahit auditoris animum.  
Sermo diuiditur in partes quatuor, Dignitatē  
Demōstrationē, Narrationem, locationē. Di-  
gnitas est Oratio cum aliqua grauitate & vo-  
cis

eis remissione. Demonstratio est, quæ docet  
quomodo quid fieri potuerit, aut nō potuerit.  
Narratio est rerū gestarū expositio. Locatio  
est Oratio, quæ ex aliqua re verisimili, risū pu-  
dentē & liberalē mouere possit. Cōtentio di-  
uiditur in Cōtinuationē & in Distributionē.  
Cōtinuatio est Orationis enūtiandæ accelera-  
tio clamosa. Distributio est in Cōtentione O-  
ratio frequens cū raris & breuibus interuallis  
acti vociferatione. Amplificatio diuiditur in  
Cohortationē & Cōquæstionē. Cohortatio  
est oratio, quæ aliquod peccatū amplificás, au-  
ditorē ad iracundiā adducit. Cōquestio est O-  
ratio, quæ incōmodorū amplificatione animū  
ad misericordiā pducit. Quoniā igitur Molli-  
tudo Vocis in tres partes diuisa est, & hæ ipsæ  
partes in octo alias partes distributæ sūt: quæ  
cuiusq; idonea Pronuntiatio sit, demōstrādū  
videtur. Sermo quū est in dignitate, plenis fau-  
cibus, quā sedatissima & depressissima voce  
vti cōueniet: ita tñ ne ab oratoria cōsuetudine  
ad Tragicā trāscamus. Quū autē in Demōstra-  
tione, Voce paululū attēvata, crebris interual-  
lis, diuisionib⁹ oportet uti: ipsa Pronūtiatione  
eas res, quas demōstrabim⁹ inserere atq; inter-  
seca

## DE PRONUNTIATIONE.

secare videamur in animis auditorū. Quā autē  
Sermo in Narratione est, vocum varietate o-  
pus est: ut quo quidq; pacto gestū sit, ita narra-  
ti videatur. Strenue quod volum⁹ ostēdere fa-  
ctū, celeriuscule dicem⁹. Ataliud, otiosē retar-  
dabimus: deinde modo acriter, tū clementer,  
inœstè hilariter in önes partes cōmutabimus  
ut verba, ita Pronūtiationē, si quā incederint  
in Narratione dicta, rogata, respōla, siquæ ad  
mitationes, de quib⁹ nos narrabim⁹, dilingē-  
ter animaduertem⁹: ut öniū plonarū sensus at  
q; animos, voce exprimam⁹. Sin erit Sermo i  
locatione, leuiter tremebūda Voce cū parua  
significatione ris⁹, sine vlla suspitione nimia  
cachinationis leuiter oportebit à Sermonē se-  
rio torqre ad liberalē locū, vocē. Quā autē cō  
tēdere oportebit, quoniā id aut p Cōtinuatio  
nē, aut p Distributionē faciēdū est, in cōtinua  
tione adaucto mediocriter sonovocis, verbis  
cōtinuādis, Vocē quoq; iungere oportebit: et  
torqre sonū, & celeriter clamore verbacōfice  
re: ut vī volubilē Orationis vociferatio cōseq  
possit. In distributiōe vocē ab imis faucib⁹, ex  
clamatione quā clarissima, adhibere oportet:  
& quātū spatii p singulas Exclamationes si sū  
pseri-

pserimus, tantū inter siugula interualla, spatiis, cōsumere iubemur. In Amplificationibus quū cohortatione vtemur Voce attenuatissima, clā more leni, sono æquabili, cōmutationibus crebris maxima celeritate. In Cōquestione, vtemur Voce depressa, inclinato sono, crebris interuallis, lōgis spatiis, magnis cōmutationibus. De figura Voci satis dictū est: nunc de corporis motu dicēdum videtur. Motus corporis est Gestus & Vultus moderatio, quæ p̄nuntiati cōuenit: & probabiliora reddit ea, quæ pronūtiātur. Conuenit igitur in Vultu pudorem & acrimoniā esse: in Gestu venustatem cōspicuā: nec turpitudinem esse: ne aut histriones aut operarii videamur. Ad easdem igitur partes, in quas Vox est distributa, notu quoq; corporis ratio videtur esse accōmodāda. Nā si erit sermo indignitate, stātes in vestigio leui dexteræ motu, loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad Sermonis sentētias accōmodata. Sin erit in Demōstratione Sermo, paululū corp⁹ à ceruicib⁹ dimittem⁹. Nā hoc est à natura datū, vt quā proximētū Vultū manū adinoueamus ad auditores: si quam rem docere eos & vehe- mēter instigare vclimus. Sin erit in Narratio

ne Sermo: idē Motus poterit idoneus esse, qui  
 paulò ante demōstrabatur in dignitate . Sin in  
 Iocatione: Vultu quādā debemus hilaritatem  
 significare, sine cōmutatione Gestus. Sin contē  
 demus per Continuationē, brachio celeri, mo  
 bili Vultu, acri aspectu vtemur. Sin Contentio  
 fiet per Distributionem, celeri porrectione bra  
 chii, ambulatione pedis dextri, rara supplosio  
 ne, acri & defixo aspectu vti oportet . Sin vte  
 mur Amplificatione, per cohortationē, paulò  
 tardiore & cōsideratiore Gestu , conueniet vti  
 similibus ceteris rebus atq; in Contētione per  
 Continuationē. Sin vtemur Amplificatione p  
 Cōquestionē, fœmineo plāgore & capitis iectu,  
 nō nunquā sedato & cōstāti Gestu, mœsto & cō  
 turbato Vultu, vti oportebit. Non sum nescius  
 quantū susceperim negotii , qui Motus corpo  
 ris exprimere verbis & imitari scriptura cona  
 tus sum voces: verū nec hoc cōfisus sū posse fie  
 ri, vt d̄ his rebus satis cōmodè scribi posset: nec  
 si id fieri nō potest , hoc quod feci fore inutile  
 putabam: propterea quod hic admonere volui  
 mus quod oporteret: reliqua trademus exerci  
 tatione. Hoc scire tñ oportet, pñūtiationē bo  
 nā eò pficere, vt res ex animo agi videatur,

¶FINIS.

PROLOGVS.

A D C L E M E N T I S S I M U M I N

Christo IESV patrem, ac illustrissimum Dominum Dom. Frācis  
cum Simonidem. S.R.E. Cardinalē Hispanieñ. &c. Aelij Antos  
nij Nebrisſen. in Compluteñ. gymnasio Artis Rhetoricæ pro  
fessoris præfatio in eiusdem Artis breuiarum ex  
varijs Auteribus collectum.

(?)



O L V S apud Platonem in  
eo libro , qui de arte Rhetori-  
ca Gorgias inscribitur: interro-  
gatus à Cherophōte quam ar-  
tē profiteretur: multæ , inquit,  
Artes & scientiæ sunt in homi-

nibus ex peritia peritè adinuentæ. Peritia nāq;  
facit vitam nostram per artem, Imperitia verò  
per Fortunā, incedere. Cui sentētiæ in magnis  
moralib⁹ astipulatur Aristoteles. Vbi plurimū,  
inquit, est Fortunæ, ibi minimū est Artis & pru-  
dentiæ: atq; è cōtrario vbi plurimū est Artis, ibi  
minimū est casus & fortunæ . Atqui , si vlla est  
Ars, in qua plurimum Fortuna dominetur , ea  
nimirum est Rhetorica. Est enim omniū diffi-  
cillima: quippe cuius fructū possit percipere ne-  
mo, qui nō sit bon⁹ vir, idēq; dicēdi peritus. Nā  
quid difficilius (vt ait Pittacus) quā esse bonum  
virum ? Quid magis arduum , quām vt persua-

QQQ deas:

PROLOGVS

deas , copioſe ornatèq; dicere ? Hinc eſt illud  
Aristotelis, quod iam trāſijt in prouerbiū, Virt⁹  
moralis & Ars intellec̄tua circa difficile ver-  
ſantur. Itaq; non ſine cauſa, in Oratore Cice-  
ro ſcribit, quosdam mirari ſolitos: quod in vno  
ſeculo complures optimi Poētæ: atq; ē diuerso  
in multis ſeculis vix Orator vnuſ tolerabilis ſit  
repertus: quum preſertim Ars dicēdi cōſtet ex  
verbis triuialibus atq; protritis : & ex ſententijs  
cōmuni omniū ſenſu receptis. Cuius rei cauſa  
eſt in prūptu. Nā in eo excellere , in quo æmu-  
los non habeas: & eos vincere, qui non repug-  
nēt: nihil habet quod ſit magnificum. At in eo,  
in quod omnes manibus pedibusq; nituntur:  
quodq; per omnē vitam agunt, alios ſuperare:  
non admirabile modò, verum etiam diuini cu-  
iudā operis munus eſt. Sed ad rem . Ars dicēdi  
tametſi cunctis hominibus eſt ingenita: quemadmodum & Grāmatica & Dialectica : omnes  
enim emēdatē, argutē, ornatēq; loqui nituntur:  
Ars tamēn & consuetudo perficit, vt ea, quæ in  
nobis Natura inchoauerat, ad ſummā reducan-  
tur. Sed eò Rhetorica diſſicilior eſt, quo eius  
materia longē lateq; patet: neq; illius amplitu-  
do potest vllis terminis coarctari. Sed quū ſint  
huius

## PROLOGVS

huius artis libri complures à clarissimis autoribus Græcis & Latinis editi: eòq; res deduēta sit, ut nihil addi posse videatur: nescio quo tamèn modo, aliquid desideratur ad huc, quod sit ad euntibus rē tam arduā quasi opus introductoriū. Ad quod faciendū tu me, Pater optime, idētidē hortatus es: illa opinor ratione ductus, ut in hoc pulcherrimo totius orbis Hispani, ne dicam terrarum gymnosio, Eloquētiā cum sapientia iuugēs: hanc quoq; partem in honora- tā non relinqueres: ad quā exequēdā hic meus labor nō nihil posset conducere. Sed post Ciceronē & Quintilianum nullum post se scribē di locum, hac de re, posteris reliquere: quid ego ausim in tantæ rei difficultate? Introductoriū, inquis, quale illud fuit: quod in Latinas literas edidisti: magna q; cū tua, atq; nationis nřae gloria, per omnes nominis Latini gentes circumfertur. O ho, dispar ratio est illius atq; huius nęgotij. Illic habebam complures mei similes, quos imitarer: hic paucos, & qui me longius ab imitatione submouerent. Illic sunt multa, quæ possum mihi, vel peculiari quodam iure meo, vindicare, quæ prioribus fuerant incognita, ac q; etiam posteris fortasse, nisi à me acceperint:

¶¶¶ 2 hic

PROLOGVS

hic verò quid ego inueniā: nisi quod est in ore  
 omnium vulgoq; protritum? Illic præterea res  
 erat mihi cum pueris literarum rudibus: hic ve-  
 ro cum viris & quidē eruditissimis: qui forsan,  
 opinione quadā falsa, quā semel de me accepe-  
 runt, aliquid egregium, nouum, admirabile, à  
 me expectāt. Quare ne mihi in hoc opere tale  
 aliquid accidat, quale in illis introductionibus  
 (fuerunt enim, qui dicerent me nihil bene dixi-  
 se, nisi in ijs, quæ ab alijs accepi: in ceteris verò  
 aberrasse) nihil ex ingenio meo, neq; vnū qui-  
 dē verbum apponā: nisi fortasse ad cōnectēda  
 inter se Artis præcepta: ne quis possit me calū-  
 niari: q; vetera atq; aliena pro nouis meisq; vē-  
 do. Et ne quis fallò de me existimet q; sum O-  
 rator: quia de Arte Oratoria præcepta trado:  
 sciat Ciceroni placuisse nihil esse facilius quā  
 de Arte scribere: nihil difficilius quām ex Arte  
 dicere. Quid igitur? quemadmodum ait Ho-  
 ratius. Fungar vice cotis, acutum Red-  
 dere quæ ferrum valet, ex-  
 ors ipsa secandi  
 Vale.





